Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Christian Vieweg

Christiani Viwegii Hodegeta Didacticus Linguae Sanctae Maior, nova methodo, Universa Linguae huius fundamenta, brevi temporis spatio addiscenda, felicissime demonstrans : Una cum Praxeos Exemplis, Dictorum Scripturae Classicorum, Compendio Theologico Dn. D. Bajeri, & B. Dn. D. Scherzeri accommodatorum

Cizae: Cizae: Autor: Hetst., 1688

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766345602

Druck Freier Zugang


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn766345602/phys_0001
DFG

C Ic - 1945 1-3.
930(2)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766345602/phys_0002
DFG


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766345602/phys_0003
DFG


CHRISTIANI
VIWEGII
HODEGETA
DIDACTICVS
EBRÆVS
HANC
VIAM RECTAM INCEDE



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766345602/phys_0005
DFG



CHRISTIANI VIWEGII
HODEGETA DIDACTICVS

LINGVÆ SANCTÆ MAJOR,

nova methodo,

Universa Lingvæ hujus fundamenta, brevi temporis spatiô addiscenda, felicissimè demonstrans:

Unà cum Praxeos Exemplis, Dictorum Scripturæ Classicorum,

Compendio Theologico
DN. D. BAJERI, &
B. DN. D. SCHERZERI
accommodatorum:

Adjectâ triplici Analysi sub finem, in qua ultimò usus hujus Lingvæ in Theologia Homiletica ostenditur:

Itemque Idiotismis Hebræis diu & vehementer hactenus desideratis:

Nec non Singulari Artificiô, extemporaneam Punctorum Rationem concernente.

CIZÆ, *Studio Autoris.*
Literis Viduæ B. HETST. M DC LXXXVIII.

Bibliotheca Academiae Rostochiensis

VIRO
ILLUSTRI, & PERQUAM
MAGNIFICO

DN.

JOHANNI PHILIPPO Schmiedten/

JCto Celeberrimo, Sereniss. Ducis Sax. Martisburgensis Consiliario Intimo, Vice-Cancellario Eminentissimo
&c. &c.

Domino Suo, Patrono Magno,
Promotori Summo

OBSERVANTIAM ATQUE

FELIX

NOVI ANNI AUSPICIUM!

DE-

DEDICATIO.

DIu multumque mihi cogitanti, cuinam hunccè Hodegetam meum L. S. Majorem inſcriberem, tandem Nominis Tui Illuſtris gloria ſuccurrebat. Sæpius quidem verecundantis ac trepidantis more animi hæc ſenſa abjicere deſtinaram, aſt incredibilis illa, quâ non minus inferioris conditionis, quàm primi commatis homines excipere ſoles, humanitas, quâ nihil in tantum Virum conferri poteſt diviniùs, ſubinde ſpem admiſſionis fecit

mihi,

mihi, qui quidem quoad eruditionem reliquis virtutis tuæ gloriam adorantibus facilè & non invitus cedo, aſt cultu atq; obſervantiâ nulli herbam porrigo. Præterea etiam rationes multæ, & prægnantes ſunt, quæ me ad hoc faciendum impulerunt, quarum impræſentiarum duas tantùm, omiſſis aliis, in apricum proferre placet. Harum prior eſt, benevolentia illa, quâ Orientis Lingvas earumque cultores complecti ſoles, incredibilis, quâ me meaq; ſtudia Te promoturum eſſe indubiis perſvaſum habeo

argu-

argumentis. Posterior, verò est patrocinium, quod ex Tuis literis, Vir Illustris, ante duos annos, & quod excurrit, ad me datis perspexi, cætera insuper Tuæ erga meam tenuitatem, benevolentiæ πνμήσια, seu signa infallibilia silentii sipariô jam involvam. Serenâ igitur fronte levidense & chartaceum hoccè, quicquid est munusculi, suscipe, & non tàm ad donum, quàm ad animum respice.

Accipe igitur hoc de manu clientis Tui devotissimi, & Patronus mihi esse ne desine. Ego vicissim

ſim obſervantiam meam, officia atque ſtudia Tibi recipio, atque ſpondeo.

Quod ſupereſt, Tibi, Vir Illuſtris, ſalutem cùm animæ, cùm corporis animitùs precor, & quod huic proximum eſt, diu Te Nobis, diu Te Bono publico incolumem ſupereſſe, novumque hunc annum Tibi feliciſſimè currere opto.

Dab. Jenæ

Virtutum Tuarum atque Illuſtris Nominis Tui cultor & Admirator perpetuus

CHRISTIANVS VIWEGIVS.

Præfamen ad Lectorem

Φιλανατολικόγλωτσον!

SIsto tandem aliquando, Lector Benivole, Tibi totique literato orbi Hodegetam meum Lingvæ Sanctæ Majorem, quem, ut spero, non sine fructu (præfiscini) multos olim studiosos in Academia Lipsiensi privatim edocui. Neque ego, si dissimulandum nihil est, non ægrè hoc opusculum Orientale luci publicæ committere volebam, quòd bene sciebam cùm hominum invidiam, tùm etiam Præceptorum in musis Orientalibus copiam, adèo ut haud immeritò usurpare queam istud, quod de Grammaticis in universum pronunciavit Clariss. Schickardus in Epistola ad Amicum: Jam ante Grammaticorum in hac Lingva plus esse, quam discipulorũ, ut de abolendis quibusdam potiùs, quàm multiplicandis cogitandum videretur; Verunta-

runtamen ut varia præcepta in orientis Lingvis ad mentis & judicii exquisitioris dioptram revocavi, quàm imperfectè, quamque ἀμεθόδως typis exscripta sint, non potui non præsens hoccè opusculum orientale scil. Hebraismum iteratò in lucem publicam mittere, eoque ipsô ostendere, quàm brevibus iisque sat facilibus Præceptis universa hujus Lingvæ fundamenta, quibus aliàs discentium ingenia solent torqueri, possem complecti. Et quidem paucos, non dicam, pauciſſimos jam reperiri omninò fatendum est, qui nomen perfecti & absoluti Hebræi tueri queunt, profectò ex nulla alia ratione, quàm quod prima principia, à quibus tota Lingva sancta dependet, ipsis non sint perspecta atque plenè planeque cognita, cum tamen, ut multa paucis complectar, totum negotium vel maximè V. Canonibus absolvi possit, scil. (N) Canone Communiſſimô: *Literæ unius organi & coofficiales facilè inter se permutari possunt.* Quem Canonem, quoad ego sciam, nullus Grammaticorum hactenus per fectè tradidit, neo

nec etiã sufficienter applicuit. (ב) *Principiô primô de Syllabæ Constitutione.* Notanter dixi, *primô*, quia multæ Regulæ in nostris Præceptis ex hoc principio deduci & demonstrari possunt. (ג) *Formarum in Verbis permutatione*, & deniq; (ד) *Vocalium Analogicarum permutatione*, (ה) *Principiô primô de literarum similium non-concursu.* Perindè ut in Artificio disputandi Respondens pro fundamento tria habeat (a) *Thesin suam* (b) κέσιν, *seu Collationem Prædicati cum subjecto*, & (c) *Analogiam.* Quæ tria olim clarissimis exemplis, cum adhuc Philosophica Disputatoria Lipsiæ haberem, illustravi. Ubi si ultimum fundamentum totius Philosophiæ dixeris, haud repugno.

Sed ut propiùs ad institutum meum veniam, quintus jam annus agitur, & quod excurrit, ex quo in Illustri Mansfeldensium Gymnasio, quod Islebii est, Daduchian Rectoratus mei deponebam, vel maximè ob Salarii malignam solutionem, meq; rogatu cujusdam Amici mihi conjunctissimi Mansfeldam conferebam, vbi nihil prius nihilque antiquiùs habebam, quam si omnem

ope-

operam, omnesque curas in orientalibus Musis & in opellis Lipsiæ olim vulgatis ponerem.

Mediô autem temporis incidebam in Grammaticos nonnullos, quorum principia partim obscura partim etiam imperfecta & ἀμεθόδως mihi conscripta videbantur; imò in istis nulla ferè Regula in verbis Anomalis perfectè & accuratè tradita erat, ne vivam, si non vera loquor. In medium producam Regulam de Defectivis Pe Nun, quam nonnulli ita exhibent: *Omne Nun Schvandum abjicitur, & si fuerit medianum, defectus per Dagesch forte compensatur.* Sed salvâ istorum autoritate respondeo, quòd hæc Regula sic informata non sit vera: aut enim intelligunt Nun Schva quiescente notandum, aut Nun Schva mobili notandum. Tertium non datur;

Si *Illud*, superflua erunt hæc Verba: Et si fuerit medianum, defectus per D. F. compensatur, Item Exceptio huic regulæ subjecta, quâ scil. Præter. & Participium Paul in Kal excipiunt, erit nulla; Sin verò

Hoc,

Hoc, Regula erit falſa, quia Nun Schva mobili notandum ordinariè non deponitur, niſi in Imperativo Kal in VIII. Verbis, in Infin. verò tantum in V. quæ infrà in Præceptis meis adduxi. Indè ultrò conſequitur hoc principium: Infinitivus Kal aſſumit ֶ ֶ ת ut גֶּשֶׁת eſſe oppidò falſum. Ita enim colligo: Hæc Verba aut conſtituunt *R*egulam, aut Notulam, aut Exceptionem; ſi *R*egulam, eſſet falſa, quia deſtitueretur univerſalitate, cum tantùm V. Verba dentur, quæ in Infinitivo Kal, ut jam monuimus, aſſumunt ת Paragogicum. Provoco ad totius Scripturæ Sacræ αὐτοψίαν. Sin verò Notulam, aut Exceptionem Conſtituunt, erit imperfecta, quia ut plurimùm unicum Thema ſcil. נָגַשׁ exempli locô afferunt, cætera autem quæ in Infinitivo Kal aſſumunt Thau parag. deperditâ primâ *R*adicali perperàm omittunt. Deindè fingamus *R*egulam omninò etiam eſſe intelligendam de Schva mobili, tunc ſequeretur (a) Nun Schvandum non tantum in Præterito, ſed etiam in Participio

Paul

Paul esse abjiciendum, quod esset absurdum. (b) Exceptio esset latior ipsâ regulâ, quia plura darentur, quæ ad Exceptionem essent referenda, quàm ad ipsam *Regulam*. Assaniæ! quid, quæso, me cogit, ut talem informem *Regulam*, quæ tot Exceptionibus subjacet? (c) profectò stante *Regula* suprà adductâ nemo feliciter in compositione poterit progredi. Certè si quis incideret in Verbum è Numero octenario non petitum, & de isto Nun Schvandum demeret, tunc manifestum vitium in Grammaticam committeret. Deindè haud melioris commatis est *Regula* de Quiescentibus Pe Jod, quam nonnulli ita tradunt: *In Futuro Kal incipiunt à Zere, & desinunt in Zere.* Sed ad hanc Regulam salvâ iterùm istorum auctoritate respondeo, (a) Hæc verba aut constituunt *Regulam*, aut Exceptionem; si prius, erit imperfecta, quia plura dantur Verba, quæ in Futuro Kal Jodh retinent, quàm quæ id abjiciunt, ceu infrà ex Anomalis fusiùs patebit; sin verò posterius,

rius, ea, quæ essent excipienda, Exceptio in numerato habeat, ne Lector anceps hæreat animi, quot excipiantur. (b) Perindè ac si in Philosophia talem Regulam formarem: *Quicunque est animal rationale doctum, ille est homo*, profectò ipsa Exceptio Regulã multis modis superaret, quandoquidẽ plures dari Mopsos & Indoctos, quàm doctos nemo negabit. Deindè etiam praxis horum Præceptorum felicissima, quam per annos benè multos non raram instituì olim Lipsiæ cum multis studiosis, ut & Pastoribus, me impulit, ut de editione hujus Hodegetæ L. S. Majoris fuerim sollicitus. Quanquam ex illo tempore, quo abfui ab Academia Lipsiensi, hæc Exercitia L L. Orientalium interrupta jacuerunt aliquandiu, tamen cum Islebiô venirem Mansfeldam, nonnulli pastores me adibant rogando, ut ipsis aperirem Collegium quoddam in Orientis Lingvis, quod quia haud absq; fructu, ut spero, finiebatur, multa postmodum in me beneficia conferebant, adeò ut volumen integrum mihi essent, si tantam beneficiorum magnitudinem delineare auderẽ, sufflamino igitur Calamum scripturi-

)(en-

entem. Deus Optimus Maximus istos incolumes, florentesque quàm diutissimè conservet, ut seri in Cœlum redeant, & diu in his terris Ecclesiæ præesse possint.

Iidemque stimulos mihi subdebant, ut majori cum alacritate in hoc studio decurrerem, &, quòd primæ editionis exemplaria distracta erant, de secunda hujus opusculi Orientalis publicatione cogitarem. Cumque brevi post tempore decrevissem, me abhinc Jenam, ubi floret Academia per totum orbem maximè celebris, conferre, LL. Orientalium studia ibidem pro virili promoturus, in Itinere singulari quasi fatô me honorificè totum Venerandum Ministerium Vinariense excipiebat, adeò ut me per semestre spatium innummeris mactaret beneficiis, quæ nunquam oblivioni tradam. Quid? quod istius curâ, & consiliô Jenam promovebar, & ab isto Academiæ Jenensi de meliori commendabar, & quidem non sine felici progressu, quandoquidem statim nanciscebar Patronum Magnum Patris instar observandum, sc. Magnif. Dn. Goëzium, SS. Theol. L. Superint. General.

&

& Consiliarium Ecclesiasticum &c. Dico autem, instar Patris mihi observandum: Etenim post Deum, quòd istius auxiliô & curâ plus quàm paternâ in statum multò feliciorem fuerim promotus, præter istius Excellentiam, nemini jam acceptum referre possum. Hic enim ille Vir est, qui studia mea suâ curâ promovit, Hic, inquam, ille Vir est, qui meas res suâ prudentiâ direxit. Quorum beneficiorum memor ero, dum Spiritus hos reget artus, æternasque illi acturus gratias, Deumque precaturus, ut Nestoreis annis compenset, quicquid beneficii in me collocaverit. Hinc, cum istos, quorum studia in orientis Lingvis formabam, & progressus illorum promovebam, ad has intra breve temporis spatium, quod bonâ fide affirmare possum, feliciter ducerem, factum est indè, ut hisce Præceptis meis non tantùm hunc Titulum præfigerem: Hodegeta Did. L. S. Major, sed etiam secundâ vice ista in commodum rei literariæ luci publicæ aliquando committerem, unà cum Idiotismis, quos olim Lipsiæ in studiosorum gratiam sparsos ad calamum dictitave-

ram, conjunctis nunc, & innumeris acceſſionibus adauctis, quæ adeò facili methodo ſunt conſcripta, ut quilibet in his ſeorſim etiam abſque mea opera, brevi temporis ſpatiô ſibi queat eſſe diſcipulus & doctor.

Sed dicta claſſica, quorum in Titulo à me facta eſt mentio, quæque duplici uſui ſunt deſtinata, ſcilicet tùm exercitio Analyſeos, tùm etiam Exercitio diſputatorio, in poſterum etiam, ſi Deus vitam conceſſerit, lucem videbunt. Tandem me etiam ad hoc opuſculum vulgandum impulit inexhauſta L. S. utilitas.

De Hebræa quidem, pariter ac Chaldaica utut res extra dubitationis aleam ſit poſita, quandoquidem hæ Lingvæ ſunt ipſe fons, ad quem, ceu ad Lydium lapidem omnes omninò verſiones & Controverſiæ examinandæ atque dijudicandæ ſunt; non tamen pigrabor aliquot hùc exempla afferre, quæ cognoviſſe fortaſſis minimè Lectorem pœnitebit. Notum eſt comma aliàs intricatiſſimum apud Jobum Cap. XIX. 25. quod Metaphraſtes noſter B. Lutherus ita reddidit: Er wird mich her-

hernach wieder aus der Erden auffertwecken. Vulgata: & in Noviſſimo die de terra reſurrecturus ſum. Alii aliter. Sed ſcitè totam litem componet Textus Hebræus, qui ita habet:

וְאַחֲרוֹן עַל־עָפָר יָקוּם

ubi tota controverſia dependet à particula עַל, quæ inter alia etiam ſignificat ex, è, de, (ut Pſ. 40. v. 8.) quô cognitô ſtatim indè hæc commoda expoſitio emergit: Et poſteà vel in noviſſimo è terra reſurget ſcil. Redemptor. ἐυδυλον! Deindè offendimus Locum vexatiſſimum Prov. XVI. 4. Der HErr macht alles umb ſein ſelbſt willen/ auch den Gottloſen zum böſen Tage. Quem Calviniani falſò in alienum detorquent ſenſum, ut dogma ſuum de maxima hominum parte reprobanda incruſtent, dum iſtum ita exponunt: impios creari à Deo ad diem malum, ſeu ad interitum. Sed huic expoſitioni oppidò reclamat Textus originalis, qui ad verbum ita fluit:

כֹּל פָּעַל יְהוָה לַמַּעֲנֵהוּ וְגַם רָשָׁע לְיוֹם רָעָה׃

i. e. Dominus facit omnia ad ſuam reſponſionem, quin & impium cottidiè

fovet. Jamindè collige: E. Deus etiam impium creauit ad diem malum. Affaniæ! Oritur verò hæc Textus ψευδεπιγραφία ex malè intellecta voce רָעָה, dum putaverunt eam esse Nomen, adeoque conjungendam esse cum voce antecedente לְיוֹם per Regulam Syntacticam, cùm tamen huic expositioni manifestò obstet Analogia Grammatica, quæ monstrat יוֹם esse Nomen Gen. Masc. רָעָה verò Fœmininum, si esset Nomen. Consule Lexicon. Vertendam igitur esse vocem לְיוֹם non ad diem, sed dietim, ut ita loquar, Cottidiè, intrepidè (a) assevero. Commemorare quidem pluribus possem, quàm utilis, quamque necessaria sit, Lingva Sancta, nisi hæc omnia accuratè, ut solet, enucleasset Dn. D. Pfeifferus in suis Dubiis vexatis, ut & in, Introd. in Lingvas Orient. Prof. Publ. in Acad. Lipsi. longè Celeberrimus, quem haud immeritò Philologorum nostri ævi Phœnicem dixeris, præ quo non sum dignus, ut palum figam

(a) *In hanc legas etiam B. Boh. Philologi Clarissimi Orat. Paran. de studiis Lingvarum, Ludov. de Dieu Animad. Viri in his literis exercitatissimi* in Job. p. 287. *Turnov. Exercit.* Bibl. p. 116. *B. Glass. Philol. Sacram.*

gam in parietem, ut eſt apud Comicum. De Chaldaica idem eſto judicium.

Nunc pedem profero ad Linguæ Syriacæ utilitatem, quæ non tantùm Radices nonnullas in Hebræa deſvetas reſtituit, ſed etiam locis obſcuris interdum faculam accendit. Exempli locô ſit è Pſ. XIX. Verſiculus V. cujus verba in Textu avthentico ita fluunt:

בְּכָל־הָאָרֶץ יָצָא קַוָּם

id eſt, *in omnem terram dimanavit directio eorum.* Quæ verba quia non ſtatim primo intuitu poſſunt arripi, Syrus magis exſertè ea expreſſit hunc in modum: in omnem terram exivit ܣܒܪܬܗܘܢ Evangelium eorum, ſiquidem vox ܣܒܪܬܐ ſignificat Evangelium prædicatum, ſivè (b) annunciatum.

Tan-

(b) *Videantur commendationes Virorum Excellent. N. Teſtamento Syro Guthbirii ab initio præfixæ, nec non in ſpecie Dn. Cellarii Præfatio Excerptis ſuis Vet. Teſt. præmiſſa, Brev. Theol. B. Scherzeri, Viri ſine pari, Præceptoris mei (Ah!) deſideratiſſimi, à cujus ore per quindecim annos, & quod excurrit, olim pependi ſedulus.*

Tandem quid dicam de Lingvæ Arabicæ & Æthiopicæ utilitate, annè hæc tàm ampla est, ut vix ac ne vix quidem verbis exprimi queat, quippè quæ non tantùm multis vocibus Germanicis vel maximè Medicis multum affert lucis; Sed etiam formalitates nonnullarum Radicum in Ebræa desvetarum restituit, & illustrat imò etiam aliquando Locis nonnullis obscuris clarissimam, ceu Syra, affundit lucem. Id quôd unô atque altero exemplo demonstrabimus, verbi gr. vox Germanica Mamluck lucem accipit ab Arabica مملوك, mancipium, servus, quem plenô jure possidemus. (c) similiter terminus Medicus Elixier est vox origine Arabica: Ita vocabulum שמים cœlum, cujus singularis in Lingva Æthiopica legitur (d) ሰማይ suam Radicem, quæ

)(3 in

(c) *Conf. omninò Fabricii Spec. Arab. p. 8. & 100. B. Boh. Orat. Paran. de Lingv. utilit. Ludov. de Dieu Animadv. in Gen. p. 1. Nicolai Lex. Harm. B. VVasmuthi philologi alias per totum orbem decantatissimi Orat. Paran. de Utilit. Lingv. Arab.*

(d) *Consule de hac voce Viri Illustris Dn. Joh. Ludolfi Gram-*

in Lingva Sancta non ampliùs extat ex Arabiſmo repetit, tanquam Lingva huic congnata, quæ eſt سَمَا cujus ſignificatio formalis & abſtracta conſiſtit in altitudine, ſeu in τῷ altum eſſe, eminere, quæ apprime videtur ipſi rei ſubſtratæ convenire ob vocem huic oppoſitam אֶרֶץ terra, cujus formale eleganter peti poteſt etiam ex Arabiſmo, ubi Radix أَرَضَ occurrit, quæ formaliter & ut ſic notat humile, depreſſum eſſe. (e) Deindè circa vocem כָּאֲרִי, quæ legitur Pſal. XXII. Autores in diverſas abeunt ſententias, utrùm legendum ſit כָּאֲרִי ſicut leo, quæ lectio in antiquiſſimis libris teſte Druſio occurrit, an verò כָּאֲרוּ foderunt, ita ut

Grammat. Æthiop. JCti conſummatiſſimi, & conſiliarii Ducum Saxo-Gothanorum Eminentiſſimi, quem optimo jure Philologorum miraculum dixeris, & Sapientiæ humanæ compendium. Hic cum aliquando olim Lipſiam veniret, ibidemq; per aliquot dies commoraretur, daduchus meus fuit in Lingva Æthiopica feliciſſimus, quandoquidem me huius fundamenta paucis horis, quod bonâ fide affirmo, edocebat non infeliciter.

(e) *Lege rurſus B. Boh. Philologi Clariſſimi Orat. Paræn. in qua uſum Lingvarum pluribus exemplis confirmavit.*

ut Aleph sit Epentheticum. Lege infrà Literas Epentheticas suo loco. Hîc Textus Arabicus monstrat lectionem posteriorem textui huic apprimè esse accommodam, habet enim vocem Tsacobu, id est, foderunt. Consentit etiam Versio Septuaginta Viralis. Pluribus quidem exemplis harum Lingvarum utilitatem confirmassem, nisi probè scirem alios viros famâ super æthera notos, quibus minime sum comparandus, mihi in hoc nobili studio otium feciſſe.

Faxit proindè illè παναγαθος, indies crescat ardor cognoscendi Lingvas exoticas. Faceſſant verò hujus studii osores, quorum ingens datur copia, qui modernô hoc tempore corruptissimo, inque hac Spurca seculi nostri conclamati atque deplorati amurca alias occidentis Lingvas, puta Gallicam, aut Italicam, quæ non tantæ sunt utilitatis, hisce multis modis anteponendas esse autumant. Contra verò accedant pii, & diligentes, quibus studium Philologicum curæ est, accedant, inquam, curi-

curioſi, & tentent, an intra breve temporis Spatium Lingvam Sanctam poſſint imbibere. Atque hæc ſunt, quæ Te, Candide Lector, hoc tempore ſcire volui, quæ ſi benigniùs admiſeris, nec non commonſtranti comiter viam ſaltem benevolentiæ ὁδοιπόριον ſolveris pro locata opera, non tantùm animum addes ad pertexendam parem in Æthiopiſmo & Perſiſmo telam, ſi compendium meum Biblicum prius abſolutum fuerit, Sed etiam Spiritus Sanctus mentem tuam adeò illuminabit, ut cùm in Theologia Thetica, tùm etiam in Exegetica ac Polemica fructum hujus ſtudii ſentias haud pænitendum. Tu verò, Cordate Lector, hoc Hodegeta meo in Tui, Eccleſiæ, atque Reipublicæ litterariæ emolumentum utere feliciter; præprimis autem in Numinis divini gloriam, & ſtudia hæc, quô par eſt, amore proſequere, mihique ejusmodi plura in poſterum meditanti, ſi meruero, exanimo favere perge.

CAPUT I. de LECTIONE.

CAN. 1. Hebræi numerant literas viginti duas, easque probant ex Pſ. CXIX. Eſa. V. 25.

I. Nomina	II. FIGURA LITERARUM *r. Bibl.*	*Rabb.*	III. Poteſtas, quæ eſt vel *Eſſentialis*	*Accidentalis*
Aleph	א	ℵ	Legitur tantum vocalis appoſita.	1.
Beth	ב	ב	Bh. & leniorem edit ſonum quàm Vav.	2.
Gimel	ג	ג	Gh.	3.
Daleth	ד	ד	Dh.	4.
He	ה	ה	H. Spiritus aſper in gradu poſitivo.	5.
Vav	ו	ו	V.	6.
Dsain	ז	ז	Dſ lenisſimum, ut Oſor.	7.
Chet	ח	ח	Hh. in gradu comparativo.	8.
Teth	ט	ט	T.	9.
Jod	י	י	J. Conſona.	10.
Caph	כ ך	כ ך	Ch. reſpondet χ Græcorum	20.
Lamed.	ל	ל	L.	30.
Mem	מ ם	מ	M.	40.

Nun	נ	ן	N.	50.
Samech	ס	ס	S. Acutum	60.
Ajin	ע	ע	Hhh Spiritus asper in gradu Superlativo.	70.
Pe	פ	ף	Ph.	80.
Tzade	צ	ץ	Tz	90.
Kuph	ק	ק	K	100.
Resch	ר	ר	R.	200.
Schin	ש a	ם	Sch.	300.
Tau	ת	ת	Th.	400.

2. Lectio duobus principiis absolvitur, scil. literis, & vocalibus, & fit dextrorsum, non sinistrorsum, ita ut consona legatur ante vocalem, excepto Pathach furtivo.

Not:

a) Quatruplex datur legendi modus omnes linguas; Nonnullæ leguntur *dextrorsum*, ut orientales (exceptâ Æthiopica, Armenicâ, ut & Ungaricâ, quam etiam certis de causis ad Linguas orientales referendam esse puto, quæ lectionem Linguarum occidentalium sequuntur) Nonnullæ leguntur *sinistrorsum*, ut occidentales, v. gr. Germanica, Latina, Gallica &c. Nonnullæ *Deorsum*, ut Lingua Sinensis S. Indica, solent autem chinenses meris uti vocabulis monosyllabicis, præterea mirabilibus signis & characteribus

res

res extra mentem, seu conceptus objectivos exprimunt. Ea de causa nemo facilè cognitionem hujus Linguæ adipisci poterit, nisi diu cum Chinensibus conversatus fuerit. (b) Hinc Sinensis, qui perfecte hanc Linguam didicit, habetur pro Doctore, aut Nobili; Nonnullæ denique *Sursum* leguntur, ut de veteribus Gothis refert A. Kirch. in suo Oedip. notanter dico de veteribus, nam de recentioribus hoc falsum est, quippè qui sequuntur lectionem Linguæ Germanicæ, & quoque iisdem utuntur literis.

SELATNEIRO

Veteres Gothi | Hinc Lectio omnium Linguarum in toto orbe elegantissimè quadrangulo potest comparari. | Sinenses

OCCIDENTALES.

b) Significantissimè dixi dextrorsum, nó sinistrorsum, quia hic terminus sinistrorsum potius competit Linguis occidentalibus, quippè quæ aberrant ab optimo naturæ ductu.

(a) Litera ψ duplicem habet sonum pro diversa puncti locatione, si n. punctum dextrum occupat locum, legitur ut Sch, ut in Lingua Sclavonica č, v. gr. člowek homo, aut ut ženа, fœmina; sin v. sinistrum occupat, tunc legitur ut š. in Lingua Sclavonica, v. gr. šem, sum.

(b) Lege Dn. Sennerti Exercit. Philol, ut & Magni Pfeiff. Introd. in L. L. orient.

3. Ratione ſcriptionis quædam literæ aliam formam habent in medio, aliam in fine, ſuntque quinque ſequentes מְנַצְפָךְ, quæ in medio ſic מנצפכ; in fine vero ita: מנצפך pingi ſolent.

Quod verò attinet vocem לְסַרְבֵּה ad multiplicandum Eſa. 9, 7. in qua Mem medianum habet formam finalem, dico iſtud eſſe myſterioſum, quâ de Cauſa Autores in diverſas abeunt ſententias. Lege ſuper hunc locum doctiſſimam diſputationem B. Scherzeri.

4. Præterea dantur ſex literæ extenſibiles ה ת ח ה ם א, quæ ornamenti vel complementi gratia dilatari ſolent.

Nimirum Hebræi in fine voces ſuas non ſolent dividere more linguarum Europœarum, ſed reſiduum ſpatium aut hiſce longioribus explere, aut nonnullas literas vocabuli ſequentis fine punctis apponere. Accidit etiam hæc Extenſio aliis ſcil. ב, ד, ר, atque ש, uti ex Manuſcriptis videre eſt. Sch. reg. 20.

5. Ratione poteſtatis eſſentialis, ſeu lectionis literæ ſunt vel perpetuò mobiles, vel indifferenter nunc mobiles, nunc quieſcentes, ut יֵהוּא

Not.

Not:

a) Non neceſſe eſt, ut hic adducantur literæ perpetuò mobiles, quia quæ non occurrunt in voce יְהוָה dicuntur perpetuò mobiles, v. gr. ק ר ט ע &c.

b) Litera tunc dicitur legi, quando peculiarem habet vocalem. Proinde quies formaliter, & ut ſic conſiſtit in vocalis abſentia. *Inquis:* Ergò etiam ע eſt litera mobilis, quia nunquam deſtituitur propriâ vocali. R. *diſtinguendo inter quietem Accidentariam, & propriam.* Applico: Ajin quieſcit tantum quiete Accidentaria, quia edit Spiritum aſperrimum, à quo pronunciationis difficultas dependet, non verò quieſcit quiete propriâ, de qua h.l. eſt ſermo.

c) Literæ quieſcentes ab initio non quieſcunt, ſed tantùm in medio, & fine. Inde liquet, ſequentem vocem legendam eſſe וּנְקוּמוֹתָא non unkumótha, ſed Vun Kumótha.

d) Litera quieſcens ordinariè quieſcit poſt vocalem longam, ut praxis nos edocebit.

6. Jodh quieſcit poſt (.) (..) (.) & in יִ, cum cæteris verò vocalibus in fine quaſi diphthongeſcit.

Ut דִּבְרִי dhbhari, non dhbharij, דִּבְרִי dibhre, non dibhrei, verba, דִּבְרֵךְ dhbharœcha, non dhbharœicha, verba tua, דִּבְרָיו dhbharav, non dhbharaiv, verba ejus. Speciale verò eſt לִי הוֹרֵנִי בִּי הוֹרֵנִי &c.

&c. de quo aliquid in praxi monebimus. Deinde notanter dixi: *quasi diphthongescit*, quia Hebræi non agnoscunt diphthongos propriè sic dictas, sed tantùm analogicè tales.

7. He finale non Mappikatum tantùm quiescit.

Ut גָּלָה galá, non verò galah, legitur; ast in גָּלְמָהּ legitur, quia habet inscriptum punctum Mappik. Et hæc mobilitas etiam patet ex Analogica punctatione hujus thematis. De usu verò puncti Mappick aliquid in praxi dicam.

8. Vav cum Holem ad antecedentem literam spectante quiescit, & cum Schureck.

Ut נְקוּמוֹתָ Nkumótha, non Nkuvmóvtha. Ita שְׁמוֹ Schmó, non verò Schmóv. Sed in מִצְוֹתֶיךָ Vav omninò legitur, utut habeat Holem, quia non spectat ad antecedentem literam scil. ת quæ est vocalizata; legitur igitur mizvothæcha, non mizothæcha. Quod si autem est litera Initialis, tunc utique movetur, quia nulla litera Initialis quiescit, ut patet ex not. (c) Can. V. hinc וְשָׁמוֹ legitur Vuschmó, non Uschmó, ut nonnulli contendunt. *Ais*: ab initio concipiendum est Aleph Prostheticum. R. Committis petitionem principii, quia in Scriptura Sacra nullibi apparet, est ergò purum putum Ens Rationis. Deindè ridicula est exceptio nonnullorum, qui Vav excipiunt, quando habet duas

vocalēs contiguas, ut קוֹיִם Kovim, quia non directa est contra regulam, siquidem Vav in Kovim non habet Holem, sed Chireckm. Cadit proindè exceptio.

9. Aleph quiescit, cum destituitur propriâ vocali.

Ut מָצָאתָ mazátha, inveniſti, sed in מָצָאוּ mazeú non quiescit, quia propriam habet vocalem, scilicet Vavschureck.

10. Ratione Organi, seu Instrumenti humani dispescuntur literæ in quinque classes, seu ordines, scil. in Gutturales (אַהֲחָעְ) Labiales (בּוּמָף) Palatinas (גִּיכֵק) Linguales (דַּטְלָנְתִ) & Dentales (זְסְצֹרֵשׁ)

Nimirum istæ dicuntur gutturales, quæ è gutture proceduut, Labiales, quæ beneficiô labiorum solent efformari, & sic porrò.

Inde Canon, qui ferè omnibus Linguis est communis:

Literæ unius Organi, & Coofficiales facile interse possunt permutari. Sunt verò literæ coofficiales istæ, quæ eodem funguntur officiô, ut quiescentes יְהוּאָ literæ י & ה, quatenus formant Genus fœmininum &c. Adjeci verò hunc terminum coofficiales, quia aliàs hæc regula, prout vulgò à Philologis tradi solet, est imperfecta. Habet autem hic Canon usum amplissimum in verbis non tantum quiescentibus,

ſed etiam alibi, ut in גָּלִיתָ pro גָּלִיתָה in Jodh eſt mutatum, quia ſunt literæ coofficiales ſcil. ex quieſc. יִחוּא ubi in praxi oſtendam, cur ה h.l. præcisè in Jodh, nec in aliam literam coofficialem poſſit mutari; Ita dabo rationem, cur in פָּקַדְתִּי Nun (dicendum enim eſſet פָּקַדְנִי) præciſè in י, & non in aliam literam ejusdem organi fuerit mutatum.

II. Ratione Officii Grammatici, (*) ſeu uſus, quem in vocum conſtitutione præſtant literæ, in Radicales & ſerviles, (ut מֹשֶׁה, וְכָלֵב, אִתִּין) dividuntur.

Hic non opus eſt ut expreſſè mentio fiat literarum radicalium, quia illæ literæ, quarum non fit mentio in ſervilibus, ſunt Radicales, excepto ט in Conjugat. Hithpaël pro ת & ד. Serviles verò ita dicuntur non ἁπλῶς & abſolutè, ſed πῇ ſeu ſecundum quid, quia interdum etiam radicis eſſentiam ingrediuntur. Serviunt autem tùm in nomine, tùm in verbo, tùm in particulis. Inde denominantur vel (א) *Indicativæ*, quarum officium eſt, ut (*a*) in verbis certas perſonas, & tempora deſignent. Inde Augmenta antecedentia & conſequentia. (*b*) certam quoque formam Nominis, ut הָאַמְנִתִּי, & denique (*c*) pluralem numerum, & genus forment.

(ב) *Conſignificativæ*, ut particulæ Aſyſtaticæ ſimplices, vulgò præfixa dictæ, & ſuffixa, quæ lo-

co

eo pronominum, præpositionum & conjunctionum usurpantur.

(ג) *Non significativæ, seu otiosæ*, & hæ rursus sunt vel paragogicæ, ut אֱלֹהֵינוּ vel epentheticæ, ut אָרֹן.

(*) Notanter dixi: *officii Grammatici*, quia literas ratione *officii Arithmetici, seu potestatis accidentalis*, supra in tab. literarum consideravimus, quatenus scil. absolutè spectantur, nunc verò etiam istas spectabimus relatè, habito scil. respectu ad compositionem. Quæ verò supra desunt, hîc supplebimus.

ut תק׳ תר׳ תש׳ תר׳ תת׳ Vulg.

ק׳ ר׳ ש׳ ת׳ ך׳ Masor.

900. 800. 700. 600. 500.

Millenarii exprimuntur per Monadicos, quibus Aleph cum duobus punctis additur, quod à Centenariis rursus excluditur.

ut &c. א״א ג״א ב״א א״א

4000 3000 2000 1000

Intermedii verò ex Monadicis, & denariis componuntur, majore semper præmisso,

ut: &c. מ״ד ל״ג כ״א י״ב

44 33 21 12

&c. ק״ג ק״ב ק״א

103 102 101

NB. pro י״ת usurpatur ט״ו.

Deinde observa, quod Judæi Menses sequentibus Nominibus soleant exprimere, ut

1.	נִיסָן / אָבִיב	Martius.
2.	אִיָּר	Aprilis.
3.	סִיוָן	Majus.
4.	תַּמּוּז	Junius.
5.	אָב	Julius.
6.	אֱלוּל	Augustus.
7.	תִּשְׁרִי	Septembris.
8.	חֶשְׁוָן	Octobris.
9.	כִּסְלֵיו	Novembris.
10.	טֵבֵת	Decembris.
11.	שְׁבָט	Januarius.
12.	אֲדָר	Februarius.

Sequitur alterum principium lectionis, quod sunt vocales.

12. Vocalium (*quæ Hebræis* תְּנוּעוֹת *dicuntur, eò quod consonantibus junctæ istas instar partis essentialis, scilicet formalis moveant*) fundamentum est unicum punctum, quod ordinariè est hireck p. ex quo omnia puncta vocalia mathematicè deduci possunt.

Schema omnium Vocalium, quà Systaticarum, quà Asystaticarum.

&

I. Longarum			II. Brevium	
I. Nomina	II. Figura. III. Potestas		I Figura. II. Potestas.	III. Nomina
Kamez.	◌ָ A impurum cum o mixtum, ut in Sonnabend.		◌ַ A purum, Ackern	Pathach.
			◌ֲ E obscurum, ut æ latinum, aut ä germanicum, aut *oi* gallicum in imperfectis, ut J' avois.	Sægol.
Zere	◌ֵ E clarum, lehre/ velut é gallicum in vocibus Santé, mangéz &c.			
Hireck magnum	◌ִי I Longum, Ihnen.		◌ִ I breve, ut in Finden.	Hireck p.
Vav Holem	◌ֹו O longum, lohn/ut *eau* gallicum v. gr. manteau.		◌ֳ O breve, ut O germanicum in vocibus Monden/ Sonne &c.	chatuph.
Schureck.	◌ֻו U valet *u* græcorum, aut *ou* gallicum.		◌ֻ Valet *u* Græcorum, vel potius ü gallicū, ut venü, natüre.	Kübbuz.

III. Breviſſimarum,
quas conſtituit Schva, eſque
Vel

Simplex. { ſecundum figuram communiſſimam / gnubha, ſeu furtivum ſub tribus literis finalibus, ח. ה. ע. } Compoſitum, ut { Hatephpatach ă breviſſimum. / Hatephſægol ĕ breviſſimum. / Hateph-Kamez ŏ breviſſimum. }

Not:

Not:

a) Significantissimè dixi can.12. quòd vocales respectu lectionis se habeant per modum partis essentialis, scil. formalis. Ex quo ultrò sequitur, quòd literis sint coævæ, quod notandum contra Bellarm. Gord. Hundlæum, Capellum, ut & contra Pseudophilologos modernos, qui puncta originalia esse inficiantur, sed à Masorethis esse supposita fabulantur. Lege omninò B. Scherz. Syst. Theol. p.13.14. Buxt. qui ex professo ad pulvillum omnia argumenta Capelliana excussit, quibus etiam junge Magni Wasmuth. Ebr. Rest. p.111.

b) (יְ) & (וֹ) sæpè sua fulcra deponunt, quod partim ex Analogia vocum est cognoscendum, ut עֲשִׂיתִם, Gen. VI, 8. partim etiam usu discendum; Ast Schureck suum fulcrum nunquam deponit.

c) Punctum Holem, & puncta diacritica ש & שׂ quando sunt contigua, in unum coalescunt compendii gratia, v. gr. משֶׁה pro מֹשֶׁה, sic שֹׂנֵא pro שֹׂנֵא.

De sede ⁊ chatuph, & istius differentia à ⁊ longo.

13. Kamezchatuph (cujus sedes nativa est ante Schva) convenit quidem cum Kamez magno quoad figuram, distinguitur tamen ab eo per absentiam accentus sivè Tonici, sivè Euphonici.

Ut

Ut כָּל legitur col, non cal, quia deest accentus tonicus, quem vinculum Makkaph aufert, sic חָכְמוֹת legitur hhochmá, prov. 1. 12. quia deest accentus euphonicus, aſt si hic est interpositus h. m. חָכְמוֹת Zach. 9. 2. legas, hhachma. Ita וַיָּקָם lege Vajjakom, Gen. 4. 8. quia ultimum Kamez destituitur accentu tonicô, sic וְחַנֵּנִי Vhhonneni Ps. 25. v. 16. ubi rursus Kamez sub ח accentu tonico destituitur. Finge hoc Kamez esse longum, adeoque legendum esse Vhhaneni, quia vocalis longa absolvit syllabam, profectò dagesch forte non amplius esset forte, quia formaliter consistit in duplicatione. Quis quæso cadaver humanum, à quo anima realiter est separata, hominem verum appellabit? *Inquis:* In Can. dictum fuit, quod ◌ָ Kamezchatuph sedes nativa sit ante Schva, quæ sententia non semper videtur esse vera, v. gr. in פָּעֳלֵכֶם Esa 41, 24. prius Kamezchat. nullum sequitur Schva. & omninò Schva sequitur, licet non explicitè, tamen implicitè, & principiativè, dicitur enim ita pro פָּעֳלֵכֶם. Fruſtra proindè à nonnullis disquiritur, utrùm Kamezchatuph scribatur cum duobus punctis, nec ne, cum jam constet ex Can. 13. ejus sedem nativam esse ante Schva. Perinde ac si quærerem, ubi purgatorium sit collocandum, an sub concavo lunæ, an verò in centro terræ secundum Papistas, cum nondum de istius existentia constet. Affaniæ!

Exo.

Exc.

1) Quando Kamezchatuph stat ante (ָ), tunc secum habet accentum euphonicum, ut בְּאָהֳלוֹ Exod.XVI, 16. Coll. Gen. IX, 21. sic יָעֳמַד Levit. XVI, 10. ubi tamen rursus excipias præfixum Vav, & ה emphaticum, ubi prius (ָ) est Kamez longum, v.gr. וָעֳנִי Vaoni, הָהֳרָבוֹת. Quò referas etiam ב, & ל, quæ excluserunt he emphaticum, ut בָּעֳנִי Baoni, לָחֳלִי la-hholi, &c. ita מָחֳרָת mahhorath, cras.

2) Kamez cum Methegh notatum ante Makaph, quod est longum, ut שָׁת־לִי posuit, Gen.IV, 25. legitur, Schath, non Schoth.

3) Kamez ante D. F. in vocibus בָּתִּים, & בָּתֵּי, legitur Battim, Batte, non Bottim.

De Vsu Schva Compositi.

14. Schva compositum inventum est ob literas gutturales, quæ cum sint difficilioris prolationis, & sonum admodum exiguum habeant, ideo pro simplici Schva, à quo moveri non possunt, utplurimùm compositum & sonorum requirunt in prima vel media radicis litera, quò clarius & fortius pronuncientur.

De

15. Vocalis longa cum sua consona absolvit syllabam, nisi sit accentuata, tunc etiam sequentem literam Schvatam, aut Dageschatam assumere potest.

Ut בָ, Ba, בֵ Be, בִי Bi, בוֹ Bo, בוּ Bu. Ast in voce דָּבַר Dabhar etiam Kamez ultimum sequentem literam Schvatam scil. Resch attrahere potest, quia est accentu tonico affectum.

16. Vocalis brevis cum sua consona non absolvit syllabam, (nisi sit accentuata accentu tonicô, vel euphonicô, v. gr. מֶלֶךְ / אִשָּׁה) sed assumit sequentem literam Schvatam, aut Dageschatam.

Sic non possum dicere, בַ Ba, בֶ bæbi, &c. quia non sequitur litera Schvata, aut Dageschata; ast in פִּקָּרְתָּם res procedit.

Not:

a) Horum Canonum non tantum per universa præcepta de punctorum mutatione, sed & in studio Rabbinico amplissimus usus erit.

b) Haud absurdè à priori ex temporis vel simplicitate, vel duplicitate demonstrari possunt.

17. Inde consequitur, syllabam esse du-

plicem puram, ſeu ſimplicem, quæ unâ Conſonâ, & unâ Vocali longâ, ac brevi accentuata conſtat, vel impura ſeu compoſita, quæ una vocali brevi & pluribus conſonantibus, aut vocali longâ accentuatâ conſtat.

Ut פָּקַדְתָּ viſitaſti, ſic מֶלֶךְ mælæch, דָּבָר verbum.

18. Vocalis longa eſt vel pura, vel impura: Illa eſt mutabilis, hæc verò immutabilis.

Vocales puræ ſunt (ָ) (ֵ) & Holem: Impuræ verò ſunt, quæ vel (a) includunt literam quieſcentem vel explicitè, ut in מֵישָׁרִים Zere, quia includit Jod, quò refer (יִ) (וּ) & (וֹ) vel implicitè, ut in קָמָתוֹ Seges ejus (ָ) prius includit Vav, deſcendit n. à קוּם vel (b) Dageſch forte è litera ſequente excluſum, & hoc modo (ָ) (ֵ) & Holem interdum etiam fiunt impuræ, (c) (ָ) ſub ם Ajin defectivorum, ut in מָגֵן, exceptô מָחוֹל chorus. vel (d) quæ ſupra ſe habent Dageſch forte, ſcil. in ſeqq. בַּקָּשָׁה, בַּקָּרָה, הַכָּרָה.

Not:

Et hæc diſtinctio in doctrina de punctorum mutatione amplum habet uſum.

De Sede שׁ *Schva ordinaria.*

19. Omnis litera mobilis Vocali propria destituta accipit Schva, istudq; vel Explicitum, ut ab initio & in medio vocis; vel Implicitum, nempe sub omni litera finali mobili.

Ut בִּקְרָתֶם pro בִּקְרָתֶם pkadhtæm. Et hoc unicum exemplum totam Regulam illustrat. Exindè patet, quòd Schva nihil aliud sit, quam signum vocalis absentis.

Exc.

1.] ךָ Finale, cui ad differentiam שׁ Nun finalis inscribitur Schva, ut בִּרְכָךְ pro בִּרְכָךְ.

2.] Sub ultima litera etiam Schva exprimitur, si aliud immediatè præcesserit, v. gr. שַׁרְחֶת, aut si pro eo veniat Pathach furtivum, ut לָקַחַת Gen. 4, 11. si ultima fuerit ה ח ע.

Inqvis: Ast in אַתְּ nullum Schva ultimam literam præcedit.

Bz. Aliquod præcedit, licet non formaliter, tamen virtualiter, dicitur n. ita pro אַנְתְּ Tu. Specialia verò leges in Verbis Quiescentibus Lamedh He. Can 7.

3.] Sub tribus literis finalibus ה, ח, ע exprimitur Schva per Pathach furtivum, aut gnubha, quando eas præcedit vocalis longa, excepto Kamez, ut מָשִׁיחַ maschiach, אֱלֹהַּ, & legitur, ante

ante Consonam. Perperàm verò hùc à nonnullis trahuntur sequentia וַיַּצְמַּח 2. Reg. 18, 30. & תַּשְׁמַע audire facias Jud. 18, 25. cum (_) ultimum sit (_) breve, non n. ita dicitur pro וַיַּצְמִּיחַ, sed pro וַיַּצְמַח, siquidem in III. Conjugatione duæ formæ dantur.

20. Nullum Schva (quod instar Legati chartæ lusoriæ se habet, vulgò dicti der Scherwentzel/ aut Papæ Romani, quia in omnes vocales est flexibile, & viceversa Vocales in istud) suâ Naturâ, & per se legitur.

Notanter dixi, *suâ Naturâ*, quia non edit sonum fixum, & certum, quando verò interdum movetur, tunc id fit per Accidens, scil. ob literas incompatibiles. Interim tamen certis de Causis retineo distinctionem inter Schva mobile & quiescens ut nominalem tantùm, ne cogar in doctrina de punctorum mutatione alios terminos substituere, qui fortassis rem difficiliorem redderent.

Inquis: Ast Schva interdum movetur, ut in voce רִשְׁעִים. Ergò Canon jam adductus est rejiculus.

R. (1) Petrus interdum currit. Ergò *Tò* currere Petro per se competit, consequenter Petrus semper curreret, quod absurdum.

(2.) Plus inde non sequitur, quàm quòd Schva interdum legatur per Accidens ob literas scil. incompatibiles, ut Resch & Schin in voce רִשְׁעִים unô sono non possunt efferri. Et ita objectio non ferit Thesin. *Instas*: Ast Schva est Vocalis, ergo est mobile suâ Naturâ.

℟. (1) Si in Lingvâ Sclavonica & Polonica quatuor, imò quinque literæ absque vocali possunt efferri, quidni etiam in Lingua Hebræa duæ literæ absque vocali possent efferri?

(2) A Natura vocalis propriæ ad Naturam Vocalis Analogicæ N. V. C. quandoquidem non motio instantanea, sed quæ fit cum mora, & est perpetua, formaliter & ut sic Constituit vocalem.

Instas ulterius: Si nullum daretur Schva mobile, tolleretur differentia inter voces sequentes: יִרְאוּ timebunt, & יִרְאוּ videbunt, quæ aliàs pro lectione ◌ְ Schva adduci solent.

℟. Negando, quòd inter se hæ duæ voces confundantur, si Schva absorbeatur, siquidem non ex lectione ◌ְ Schva, sed ex Accentu petenda est differentia.

21. Schva dicitur mobile per ē rapidissimum, quando refertur ad sequentem Syllabam; Quiescens verò, cum ad præcedentem refertur.

Ut

Ut פְּקֹד, יִשְׁמְרוּ Jischmru, hîc posterius dicitur mobile, prius verò quiescens, quia refertur ad præcedentem Syllabam. Ita in נֵרְדּ utrumque Schva quiescit, quia utrumque refertur ad præcedentem Syllabam, cum vocalis h. l. sit accentuata. Sequentia verò בִּיזְרְעֵאל בְּיִקְרוֹתֶיךָ si resolveris in has: בְּיִקְרוֹתֶיךָ, ita & alterum, tunc totum negotium erit confectum.

22. Dagesch Lene (accuratius punctum indurans) est punctum, quod Sex literis בְּגַדְכְּפַת inscribitur, ut duriùs pronuncientur (1) Ab initio versiculi (2) Post Schva Quiescens, & (3) Post Accentum distinctivum.

Ut בְּרֵאשִׁית בָּרָא Breschith Bará, non bhreschith, hic prius ב habet punctum indurans, quia inchoat versiculum, posterius verò quia stat post Schva quiescens; ast in sequentibus וְהָיָה כְּעֵץ Caph habet hoc punctum, quia præcedit Accent9 distinctivus, Ps. 1. Hîc (a) observa, quòd pro Schva quiescente interdum alternet Pathach furtivum etiam in medio, ut לָקַחְתְּ (b) quòd hisce literis בגדכפת, cum essent aspiratæ, olim lineola Raphe dicta imposita sit, hoc modo ב &c. quæ non amplius est in usu.

Exe.

1.) Quando duæ literæ Coafficiales sequuntur, tunc priori etiam inscribitur post literam quiescentem, ut רְדוּ בִדְגַת Gen. I, 28.

2.) תּוֹ Caph. in Suffixis כֶּם, כֶּן, & ךָ non inscribitur post Schva quiescens, ut לְבַבְכֶם cor vestrum. Quam formam imitantur seqventia, Ps. 116, 14. 2. Reg. 9, 13. Jerm. 4, 7.

3.) Si tertia Radicalis Imperativi & Infinitivi in Kal fuerit Pghadh Kphath, ut פְּקֹד

4.) Cum Schva quiescit ob Particulas Asystaticas, cujusmodi sunt : וְ כְּ לְ sic לִכְתֹּב

5.) In Nominibus formæ (ִי) cum ה Paragogico, ut בֵּיתָה.

6) Si Schva ortum fuerit è vocali longa, ut בְּרִבְרֵי יְהוָה.

7.) Quando Schva Compositum in breve est resolutum, ut תַּחֲרֹגוּ Ezech. IX, 6. pro תַּחֲרֹגוּ.

8.) In Specie in מַלְכוּת.

9.) Post יְהוָה semper sequenti PghadhKphath inscribitur Dagesch lene. Ex quo principio Philologi argumentum petunt pro lectione אֲ Adonai.

23. Dagesch Forte (accuratiùs punctum duplicans) est punctum, quod omnibus literis (exceptis gutturalibus, & Resch, quibus ordinariè non inscribitur) medianis imprimitur post vocales breves, aut longas accentuatas, ut istas geminet.

Ut

Ut בִּקֵּד Bikkédh, ubi Kuph habet Dagesch forte, quia præcedit vocalis brevis, scil. Hirek parvum. Triplex verò sortitur nomen pro triplici muneris sui functione. Nam si certam formam Verbi vel Nominis designat, dicitur *Characteristicum*, seu *Distinctivum*; Sin verò literam abjectam, aut vocalem longam in brevem resolutam compensat, ut in לִבִּי à ℞ לֵבָב *compensativum*, denique si solius Euphoniæ gratia est inscriptum, *Euphonicum* dices, ut גְּמַלִּים cameli, sic חָדְלוּ pro חָדְלוּ, collato Job. 29, 21. Esa. 64. 2. Ps. 45. 10. jud. 31, 8. Exod. 15, 17. &c.

Quò etiam reseras D. F. in voce נְקִיִּים, quod à nonnullis perperam habetur pro Mappik, cum prius Jodh suam propriam habeat vocalem, adeoque punctum Mappik esset frustraneum.

Obs:

1.) Quòd Dagesch forte inscriptum post vocalem longam istam in brevem corripiat, contrà verò è gutturalibus exclusum breves in longas mutet, dicetur in Fund. III. de punctorum mutatione.

2.) È litera Schvata, præcipuè יְ Schvato Futuri, & מ participiasi, ut & literis duplicatis excluditur, defectu istius compensatô per Mæthægh aut explicitum, aut implicitum, ut וַיְהִי, הַמְכַסֶּה, הַלְלוּ pro הַלְּלוּ.

3.) Dagesch Euphonicum inscribitur etiam literis initialibus post ה ָ , ה ַ , ה ֶ , interveniente Makkaph, ut אֶעֱשֶׂה־לָּךְ Amos 4, 12. vel non interveniente, ut מֹשֶׁה לֵּאמֹר Exod. 6, 15, 19. Coll. 1. Reg. 3, 11. Gen. 12, 18. Ezech. 8, 6.

24. Accentus est vel distinctivus, vel Tonicus, vel Euphonicus. Accentus distinctivi cum Conjunctivis, seu Ministris memoriæ Causa seqventi Tabulæ includi possunt.

Ord.	Nomina.	II. Figura distinctivi.	III. Ministri, conjunctivi.	Nomina.
I.	Silluk.	׀	׀	Merca.
	Athnach.	׀		
II.	Sgolta.	׀	׀	Munach.
	Sakephkaton.	׀		
	Sakephgadol.	׀	׀	Merca.
	Tiphcha.	׀	׀	
III.	Rfia.	׀	׀	Munach.
	Sarka.	׀	׀	Mahpach.
	Paschta.	׀	׀	
	Ithif.	׀	׀	
	Tfir.	׀	׀	Darga.
			׀	Merca.

Accen-

Accentus distinctivi
Compositi

1. Nomina	2. figura.	
Merca Mapachat9.		Semper.
Retia Gereschatus.		Absente vel præsente Athnacho.
Psik Schalscheleth.		in ditione Silluki
Psik Mapachatus.		in antepen. voce versus
Mapach Sarkatus.		Immediate ante

Obs.

Quando verò interdum Conjunctivi, seu Ministri vim distinguendi habeant, id omnium optimè disces ex aureo tractatu de Accentuatione Dn. Dörffelii, quem præ omnibus cuilibet commendo, qui paucis regulis omnia fundamenta, quæ in hoc studio scitu necessaria sunt, inclusit, adeò ut quis propriô ausu in omnia mysteria hujus studii penetrare queat.

25. Quælibet Vox in Lingua Sancta non Makkaphata unicum possidet Accentum Tonicum, eumque ordinariè in ultima, & tunc dicitur Milra,

Ut פָּקַד Bakádh, דָּבָר Dabhár &c. Notanter verò dico, *non Makkaphata*, quia istæ voces, quæ vinculô Makkaph affectæ sunt, omni destituuntur Tonô, v. gr. כָּל־אָדָם Col, rejectô Tonô ex priori in ultimum vocabulum. Exinde etiam consequitur, quòd Tonus in Lingua Sancta nunquam sit in antepenultima, ceu in Lingua Arabica, ubi est vel in penult. vel in Antepen:, nunquam verò in ultima.

Exc.

1.) Quæ in penult: habent vocalem brevem in Syllaba simplici, aut quæ sunt formæ קֹדֶשׁ, מָוֶת (non vero ֶה) & סֵפֶר sunt Milel, seu penacutæ, quod (ֶ) aliquando ob ultimam gutturalem, aut mediam in ֲ vic. est mutatum, ut אֹרֶח pro אֹרַח.

II. Quæ desinunt in תִּי verbale
נִי
תָה vel תָּ verbale
נָה
הָ
הוּ
נוּ
מוֹ

Item in וּ & ךָ immediate non præcedente Schva. Quò Spectant etiam sequentes particulæ:

אָנָּה הֵנָּה, לָמָּה, הִנְנִי, מִמֶּנִּי, מֶנִּי מִנִּי

Not.

Not:

1.) Aliquando etiam יִי Nominale cum Jodh paragogico facit Milel, ut Hos. X, 11. Thren. 1,1.

2.) De Tono, qui occurrit in Verbis Anomalis, aliquid suo loco erit monendum.

3.) Quòd aliquando Tonus retrahatur ex ultima ad penultimam ob sequens Vocabulum Monosyllabum, aut Bisyllabum penacutum, ut קָרָא לָהּ, Gen. 1, 5. Coll. Exod. 19, 5, Gen. 30, 21. Esa. 1, 2. Ps. 2. 12. Exc. rursus Dan. 10, 17.

4.) Nonnunquam contrariô modô ex penultima ad ultimam rejiciatur ob Vav Conversivum Præteriti, scil. in Personis Penacutis, si sequens dictio non habuerit Tonum in priori Syllaba, ut וְיָרַדְתִּי & descendam, Jud. XI, 37. infrà dicemus in Fund. vr.

Exc.

Verba quiescentia לֹה & לֹא, quæ Tonum in penult retinent.

27. Accentus Euphonici Mæthægh usus Tonico præmissi vel maxime est triplex (a) ut distinguat Kamez longum à Kamez chatuph, v. gr. יָרֻשׁ Jadhu, non Jodhu. (b) ut suppleat defectum alicujus

jus literæ, ut יִרְאוּ pro יִרְאוּ, aut Vocalis, vel etiam ejecti Dageſch ut וַיְהִי pro וַיְהִי (c) ut conſtituat cum Vocali brevi Syllabam ſimplicem, ut è ſeqq. Schemate patebit.



Caput II.

DE NOMINE PRIMARIO

Ubi obſervanda veniunt (1) Forma (2) Genus (3) Motio (4) Numerus (5) Status.

27. Ratione formæ Nomen eſt vel Nudum, quod ſolis Radicalibus abſolvitur, vel Auctum, quod auctum eſt litera Extra-Radicali ex הָאֶמְנָתִיל, vel ab initio tantum, vel in Fine tantum, vel utrinque.

Ut דָּבָר Verbum eſt Nomen Nudum, quia præter Radicales nulla ſervilis eſt aſſumpta, deſcendit enim à Radice ſeu Themate דָּבַר locutus eſt;

est; Contra verò sequentia sunt aucta, ut מִדְבָּר desertum, דְּבִירָה oratio, & מִלְחָמָה. Nolui autem hic aliquid præfari de distinctione inter nomina levia, & gravia, quam nonnulli afferunt, quandoquidem horum Natura partim è Verbo, partim etiam è Lexicis nobis innotescet. Sch. 31, 32. Buxt. Deinde in Can. significanter dixi, הֶאֱמַנְתִּיל non v. הֶאֱמַנְתִּי, aut הֶאֱמַנְתִּיו, ut alii volunt, quia dantur etiam Nomina, quæ ab initio per ל sunt aucta, in quibus ל est litera nonsignificativa inseparabilis, ut לְאֹם. *Objicis*: Ast dantur etiam Nomina, quæ per Vav sunt aucta, v. gr. רִבּוֹ myrias. ℟. Hoc exemplum impertinenter adducitur, quia habet formam Chaldaicam, dicitur n. ita pro רִבּוֹת, adeoque per ת est auctum.

28. Genus est triplex Masculinum, Fœmininum, & Commune, seu Dubium; Neutrum verò ut plurimùm exprimitur Fœmininô, aliquando etiam Masculinô

Ut אַחַת שָׁאַלְתִּי unum petii Ps. 27. sic לֹא טוֹב non est bonum, Gen. 2, 18.

Est autem Genus cognoscibile.

29. I.) In Genere ex Significatione, quo

quò ſpectat Canon communiſſimus: Nomina officii virilis, Montium, Fluviorum, Populorum, & Menſium ſunt Maſculina; Contra verò Nomina muliebris officii, Urbium, Regionum, & Inſularum, nec non Plagarum Mundi, & membrorum Corporis, ſcil. geminorum (exceptis excipiendis) ſunt Generis Fæminini.

Ut עַיִן oculus, יָמִין dextra ſunt fœm. &c.

Exc.

a) Communia denique ſunt nomina animalium ſub una terminatione ſexum utrumque ſignificantia, v. סוּס Equus, נֶשֶׁר Aquila, כֶּלֶב Canis, דֹּב Urſus, גָּמָל Camelus, יוֹבֵל Aries, d. fœm. ſæpius.

b) Fœminina ſunt ſequentia: אָתוֹן Aſina, רָחֵל Ovis, אֶפְעֶה Vipera, עֵז Capra, שְׁלָו Coturnix.

30. II.) In Specie ex Terminatione. Ita (A) Maſculina ſunt deſinentia in Radicalem, aut וִין in ſenſu diviſo, v. gr. דָּבָר verbum, קָרְבָּן, חֳלִי, תָּו Signum.

Exc.

Exc.

α) Communia sunt sequentia צֹאן קֶשֶׁת, דֶּלֶת, בֶּגֶד, אֵשׁ, אֶרֶץ, אֲנִי אוֹת, שַׁבָּת, לָשׁוֹן, חָצֵר, חַלּוֹן, זָקָן, דֶּרֶךְ, גֶּפֶן, עֶרֶב, סִיר, מַטֶּה, מַחֲנֶה, רְחוֹב, רוּחַ, כֶּרֶן, פַּעַם, שֶׁמֶשׁ, שֵׁן, עֵת, שֶׁה, שֵׁבֶט, שְׁאוֹל, רֹתֶם, תְּהוֹם.

c) Ante (ֳ) suscipit (ָ) longum suavioris pronunciationis gratia, non verò Kamezchatuph secundum nonnullos, v. gr. הָעֳנִי hā ŏni, non hŏŏni; sic & כֶּלֶב, quæ istud excludunt.

ut בַּחֲלִי pro לְהַחֲלִי, ita בַּחֲלִי ba-hhori. Collato Ezech. 47, 12. & Exod. XI, 8.

d) Quando Præteritis aut Participiis præfigitur, induit naturam Pronominis Relativi, qui, quæ, quod, ut הַהֹלְכִים qui ambulant Pſ. 119, 1. Coll. 1 Chron. 29, 17.

65. ה Interrogativum locô Schva ordinarii præfigitur per (ַ) ob naturam gutturalis ex Can. 11. de Schva.

Significat an? num? ut הַבַּת num filia? aſt ante literam Schvatam Hateph deponit, ut הֲכִוֹנָה an ut ſcortum? Gen. 34, 31.

Exc.

(1) Ante gutturalem imprimis Kamezatam habet (ָ) ut הֲהָיָתָה an fuerit? Joel. 1, 2.

(2) Ante gutturalem verò non Kamezatam habet (ַ) ut הַאַרְחִ an ſemita? Job. 22, 15.

(3) Aliquando etiam forma punctationis coincidit cum ה Emphatico, ut הֲיִיטַב num bonum erit? Levit. 10, 19. הֲלִבְנִ num filio? 2. Sam. 19. הַיּוֹם an hoc die? ſequente D. F. Coll. Joel. 3, 9. Amos 5, 25.

Obſ.

Deeſt autem ה Interrogativum in Locis ſeqq.

seqq. Num. 23. 2. Sam. 19. Gen. 27. Esa. 36. Devt. 20. Esa. 29. 1. Reg. 1. Reg. 1. 2. Reg. 5. Esa 37. 2. Reg. 19, Ezech. 33. Jerm. 25. Jon. 4. Nehem. 6.

66. Mem sub se habet chireck p. sequente Dagesch forti, ceu è voce memoriali patet.

Notat de, è, ex, præ, à, ex מִן decisum. Ut מִבַּיִת é domo, sic מִסְחַר כָּסֶף præ negotiatione argenti, i. e. magis quàm. Prov. 3, 14.

Exc.

1) Ante gutturalem habet (..) ut מֵאֵל à Deo. unô verbô: tolle Dagesch è gutturali, & appone τῶ (.), habebis (..). (2) rarissimè habet (_) ut 1. Par. 15, 13. Coll. Ps. 55, 22. 2. Par. 30, 3. quomodo verò cum suffixis נִי, נוּ, & ךָ construatur, dicam suo loco.

Obs.

a) è Jod Schvato Dagesch excidit Euphoniæ Causa, ita ut fiat Chireck m. ut מִישׁוּעָתִי Ps. 22, 2. exceptis duobus locis quæ regularia sunt, Dan. 12. 2, 2. Chron. 20. 11.

b) Aliquaudo Chireck p. manet ante gutturalem, ut מִחוּט à filo Gen. 14, 23.

c) Singulare est מֵיהוָֹה à Domino Gen. 24. 50. sed si amplectimur Judæorum, & aliorum

hypothesin, qui hanc vocem hisce punctis instructam pronunciant per מַאֲנִי tunc omnis difficultas exspirabit.

67. Schin sub se habet Sægol, sequente Dagesch forti.

Ortum trahit ex Pronomine Relativo אֲשֶׁר, ideò etiam notat qui, quæ, quod, It. ut, quia, quod, ut שֶׁכָּכָה quod sic Cant. 5, 9. Retinet verò suum (ֶ) etiam ante gutturalem, ut שֶׁהֵם חֵרְחִיבֻנִי quia ipsi elatum reddunt me, Eccl. 2, 14.

Exc.

Rarò per (ַ) & semel per (ָ) præfigitur, ut שַׁלָּמָה quia, ut quid Cant. 1, 7. שַׁאַתָּה qui tu, Jud. 6, 17. It. cum Schva, ut Eccl. 2, 22. Quæ doctrina sequenti Etymologiæ vocis שַׁדַּי omnipotens multum affert lucis, quòd commodè possimus dicere hanc vocem esse compositam ex Nomine דַּי sufficientia, & particula Asystatica simplici שׁ, quia Deus est Ens sibi ipsi sufficientissimum, quod nullâ re indiget. Vid. Buxt. Lex. p. 140. quomodo componatur cum suffixis suo loco dicetur.

68. וְ (Copulativum) significat &, aliquando ut, Ast, Præterea, sic, interd. pleo-

pleonasticè positum est; כ (nota similitudinis) sicut, & per repetitionem uti, ita Devt. 1. 17. rarò verò est nota conjecturæ, secundum, circiter; ל ad, juxta, super, contra, in, ob seu proper; Ps. 119, 20. ב in, cum, Pro, propter aliquando Causam, modum, Instrumentum, Adverbiorum Periphrasin, ordinariè & simpliciter præfiguntur per Schva.

Exempla, & reliqua significata harum Particularum, quæ fortassis hic non adduximus, invenies in Idiotismis nostris.

Exc.

1) *Vav* ante literas Labiales בּוּמָף, aut literam Schvatam pro Schva orbinario sumit Schurek, ut וּבְרֶרֶךְ Vu bhdhæræch, & in via Ps. 1. 2. præter hæc verba הָיָה & הָיָה, ut וִיהִי & erit pro וּיְהִי Gen. 1, 6. וְחִיִּיתֶם pro וּחְיִיתֶם, Ezech. 37, 5. 6 & alibi ante Jod Schvatum, ut וִילַמֵּד à יְלַמֵּד.

2) Sub se habet Kamez (*a*) ante Infinitivos monosyllabicos etiam ante בּוּמָף ut & ante alia vocabula monosyllabica, ut וָשׁוּב, וָפָח, וָעֵד

b) ante vocem penacutam accentu regiô notatam

tatam, ut וָבֹהוּ Gen. 1, 1. וָמֵתוּ & mortui sunt.

Lamed ante vocem Milel, rarò ante monosyllabam modò Schva, modò Kamez sumit, ut לְנֶצַח & לָנֶצַח Prov. 21, 28. לָמַיִם Gen. 1, 6. & לְמַיִם Jos. 7, 5. sic לָתֵת ,ְטוֹב ad dandum.

Vav ante (ֶ) habet Kamez longum cum Mæthegh, ut וָאֳנִי & navis, Va-oni; Ast si (ֱ) stat sub non gutturali, tunc habet (וּ), ut וְצָעֲקִי & clama, Jerm. 22, 20.

69. Vav est duplex Copulativum, de quo jam egimus, & Conversivum, quod rursus subdividitur in Conversivum Præteriti, quod etiam per Schva, ceu Copulativum, præfigitur, nisi quòd differentiæ Causa accentum ad ultimam trajiciat in personis penacutis (exceptâ primâ Plur. & Quiesc. לה״ & לא״) & in Conversivum Futuri, quod per (ַ) sequente Dagesch forti præfigitur.

Vav conversivum præteriti ita dicitur, quia significationem Præteriti in significationem Futuri convertit; contra Vav Conversivum Futuri con-

convertit significationem Futuri in significationem Præteriti, v. gr. וְשָׁמַרְתָּ & custodies, si Vav simul est conversivum, sed si dicam וַיִּשְׁמֹר non significat & custodiet, sed & custodivit.

Exc.

1) Ante Aleph (_) in (ָ) mutatur ut וָאֹמַר & dixi. Unô verbô: tolle Dagesch ex Aleph, & appone מּ (_) infrà, habebis Kamez.

2) Et hoc Dagesch excluditur è Jod Schvato, defectu per Mæthægh aut *explicitô*, ut וַיְהִי Va jhi, & factum est, aut *implicitô* nôtatô, ut וַיְכַל Vajchal, & perfecit.

70. Deinde Particulæ וּמִלְּ aliquando Emphaticè præfiguntur per (ּ) sequente Dagesch forti, præter Vav.

Ubi He Emphaticum excluditur, & istius punctum sub hisce Particulis collocatur, ut בַּמּוֹץ pro כְּהַמּוֹץ Ps. 1, 3. Ita לָרָקִיעַ pro לְהָרָקִיעַ Gen. 1. 2. Ast ante guttur & Resch sub se habent (ָ) ut הָאֹתוֹת Exod. 4, 9. sequentia.

Exc.

XX. Loca, in quibus He Emphaticum post has Particulas non est exclusum, scil. Nehem. 9, 19. Gen. 39, 11. & Ezech. 47, 22. Eccl. 8 1. 2. Chr. X, 7. Ps. 36, 6. 1. Chron. 29, 6. & 83. 2. Sam. 21, 20. & 23. 1. Chron. 25, 10. Nehem. 12, 38. Ezech. 40,

25. Devt. 6, 24. 1. Sam. 9. 13. Jerm. 44, 22. Esa. 9, 7. & 15. Nehem. 5, 11, & 9, 10.

Obs.

1) Nonnunquam He Characteristicum in Infinitivis Niphal & Hiphil hæ Particulæ excludunt, & quidem, ut à Grammaticis est observatum, in seqq. Locis ut לֵרָאוֹת ad comparendum, pro לְהֵרָאוֹת Esa. 1, 12. Coll. Devt. 31, 11. Num. 34, 24. Job 33, 30. בְּהָרֹג in occidendo, pro בְּהֵהָרֵג. Lege ad Niph. observ. infra. Ezech. 26, 15. Thren. 2. 11. Exod. X. 3. Prov. 24. 37. sic in Hiph. Ps. 26 7. Esa. 23. 11. Exod 13 21. Esa. 33. 1. Num. 5. 22. Esa. 3. 8. ps. 78, 17. Num. 5, 22. Gen. 24, 23. Jud 21. 22. 1. Chron. 31, 10. Esa. 31, 13. Ps. 73 20. Jerm. 37, 7. Num. 13. 21. Devt. 1. 33. 1. Sam. 2. 33. 2. Sam. 19 19. Esa. 23, 11. & 29, 15. & 33. 1. Jerm. 27, 19. & 37. 12. Ps. 26, 7. Prov. 31. 3. Job 29, 3. Eccl. 5, 5. & 2, 26. Dan. XI, 35. Nehem. 10, 38. Devt. 26, 12.

2) Sægol ֶ excluſi etiam à literis כלב assumitur, ut בְּעָרִינוּ in civitatibus illis noſtris Esr. X, 14. pro בְּהֶעָרִינוּ.

3) Quando Particulæ sequentes בכלם Infinitivis junguntur, designant Gerundia, ita ut in ב expositio commodè per *dum*, *quando*, cum, fieri possit, ut בִּפְקֹד in visitando, i. e. cum visitarem. Exc. Loc. Levit. 26, 43. ubi facta est transpositio

positio punctorum in Infinitivo Hophal, ut בְּהַשְׁמֵד in desolari eam, pro בְּהַשְׁמֵד; In כְּ per postquam, juxta, quando, cum, ut כְּבוֹא juxta venire, i.e. quando veniebat; In לְ per ut, v. gr. לִפְקֹד ad visitandum, i. e. ut visites. In מִ per potiùs, quàm, Ne, ut מֵעֲשׂוֹת à facere, i. e. ne facias Esa. 58, 13. Coll. cap. 33, 1. NB. semel insertum לְ ex chaldaismo, מִלְבוֹא à veniendo, Amos. 6, 14. pro מִבּוֹא. Reliqua invenies in Idiotismis nostris.

71. Hæ verò scilicet Particulæ Asystaticæ compositæ sunt משכב, quatenus copulantur cum Suffixis, quæ vulgò perperam particulæ inseparabiles solent appellari.

Studio omisi Particulam Asystaticam, seu Præfixum לְ, quia hæc, quatenus construitur cum Pronominibus Conjunctivis, refertur ad Nomen secundarium, ut v. gr. לִי mihi, לְךָ Tibi, לוֹ illi &c. Ast sequentes ut מִמֶּנִּי à me, מִמֶּנּוּ ab eo, à Nobis, מִמְּךָ à te, מֵהֶם ab illis, מִכֶּם à vobis, sic מִשֶּׁלָּנוּ à nobis, בָּמוֹךְ, כָּמֹנִי, כָּמֹכֶם &c. ita בִּי in me, בְּךָ in te, aliquando בָּךְ, transpositis punctis, בּוֹ in illo, בָּנוּ in Nobis, בָּכֶם in vobis, בָּהֶם, בָּהֵן in illis, בָּהֵן ad Particulas Asystaticas compositas de jure referendæ sunt.

De

De Particulis Systaticis, seu Separatis.

Vulgò hæ Particulæ dicuntur Separabiles, ac si separatim existere possent, cumtamen actu separatim existant, seu distinctas voces seorsim constituant, ut אַחֲרֵי postea, מְאֹד valde, &c.

72. Construuntur nonnullæ cum Pronominibus Conjunctivis, seu Suffixis (A) more Nominum Singularium, ut אִתִּי mecum, אִתָּנוּ nobiscum, אִתְּךָ tecum, מֵאִתְּךָ à Te, אִתּוֹ, אִתָּהּ cum illa, אִתָּם cum illis, אִתְּכֶם vobiscum, quando verò est nota Accus. Cas. habet (וֹ) ut אוֹתִי me, אוֹתְךָ Te, אוֹתוֹ illum, אֶתְכֶם Vos &c. vid. p. 44. אַיּוֹ ubi ille, אֵיֶּכָּה ubi tu, ab אֵיֶּה. ubi Nun Epenth. est exclusum & per D.F. notatum. אֵינֶנִּי non ego, אֵינֶנּוּ non istud, אֵינְךָ non tu, אֵינָם non illi, ab אֵין non. אֶצְלִי apud me, אֶצְלוֹ apud illum, אֶצְלָהּ apud illam, אֶצְלָם apud illos ab אֵצֶל. נֶגְדִּי coram me, נֶגְדְּךָ coram Te, נֶגְדּוֹ coram illo, נֶגְדְּכֶם coram vobis à נֶגֶד נֶגְדָּהּ coram illa, נֶגְדָּם coram illis, & cum ה Parag. נֶגְדָּה Ps. 116, 14. בִּלְתִּי absque me. Esa X, 4. בִּלְתְּךָ absque Te á בִּלְתִּי. בַּעֲדִי pro me, Thren. 3, 7. בַּעֲדֵנִי pro me Ps. 139, 19. בַּעֲדוֹ pro illo, בַּעֲדְךָ pro Te, בַּעַדְכֶם pro Vobis, בַּעֲדָם pro illis. בַּעֲבוּרִי propter me, בַּעֲבוּרְךָ propter Te, בַּעֲבוּרוֹ propter illum, בַּעֲבוּרֵנוּ propter nos à

בַּעֲבוּר

בַּעֲבוּר propter בִּגְלָלֶךָ propter Te, בִּגְלַלְכֶם propter vos, à בִּגְלָל propter. הִנְנִי & bis הִנֶּנִּי & הִנֶּנִּי ecce ego, vel ecce me, ita הִנְנוּ, & ter הִנֶּנּוּ, הִנּוֹ & הִנֵּהוּ, הִנְּךָ, הִנֵּךְ, הִנָּךְ, הִנְּכֶם, הִנְּכֶן, הִנָּם, & הִנָּן ab הִנֵּה & הֵן ecce. זוּלָתִי præter me, זוּלָתְךָ præter Te à זוּלָת præter. לְמַעֲנִי propter me, לְמַעֲנֵהוּ propter illum, לְמַעַנְךָ propter Te, לְמַעַנְכֶם propter vos à לְמַעַן propter. מִנִּי à me, & מִמֶּנִּי, מִמְּךָ à Te, מִמֶּךָ & מִמָּךְ & מִמֶּךָּ Devt. 7. 1. מִמֵּךְ à Te in Fœm. מִמֶּנּוּ & מֶנְנוּ, Job. 4. 12. & מִנֵּהוּ ab eo Ps. 65, 24. in Fœm. מִמֶּנָּה ab illa, מִמֶּנּוּ à nobis, מִמְּכֶם & מִכֶּם è Vobis, ita: מִמְּכֶן & מִכֶּן fœm. מֵהֶם, מֵהֶן, & מִנְּהֶם ab illis & Job. XI, 20. cum ה parag. מֵהֵמָּה, מֵהֵנָּה. Sed has ex ם & suffixis coalitas accuratè loquendo ad particulas Asystat. compositas referas. מִמְּלִי è regione mei à מוּל coram. בְּעוֹדִי dum adhuc ego scil. supersum. עוֹדֶנּוּ adhuc ille, עוֹדְךָ adhuc Tu, עוֹדָם adhuc illi, semel עוֹדֵינָה adhuc nobis Thren. 4, 17. pro עוֹדֵנוּ ab עוֹד. עִמִּי mecum, עִמָּנוּ nobiscum, עִמְּךָ & עִמְּכָה & עִמָּךְ Tecum Masc. & Fœm. in Pausa; עִמּוֹ cum ipso, עִמָּהּ cum ipsa, עִמָּם & עִמָּן cum ipsis, עִמָּכֶם vobiscum. Sed עִמָּדִי mecum legitur cum solo suffixo Ps. 23, 4 1. Pers. ab עָמַד stetit. אַפְסִי præter me, Esa. 47, 8. ab אֶפֶס præter. יֶשְׁךָ Tu es, יֶשְׁכֶם Vos estis, הֲיִשְׁכֶם num estis Devt. 13. יֶשְׁנוֹ est ille. à יֵשׁ NB. pro hoc legitur etiam אֵשׁ. בְּשֶׁלִּי propter

pter me Jon. 1, 12. & בְּשֶׁלְּמִי propter quem v. 7. בְּשַׁלָּמָה propter quod Cant. 1. 7. pro בְּשֶׁלָּמָה, à שֶׁל.

(B.) More Pluralium, cujus rei indicium est insertum Jodh, ut אַחֲרֵי post אַחֲרֵינוּ post nos, אַחֲרֶיךָ post Te, אַחֲרֵיכֶם post vos, אַחֲרָיו post eum, אַחֲרֶיהָ post eam, אַחֲרֵיהֶם post eos, אַחֲרֵיהֶן post eas. אֵלַי ad me, אֵלֵינוּ ad nos, אֵלֶיךָ ad Te, M. אֵלַיִךְ ad Te. F. אֵלָיו ad eum, אֵלֶיהָ ad eam, אֲלֵיכֶם אֲלֵיכֶן ad Vos אֲלֵיהֶם & אֲלֵימוֹ ad eos, אֲלֵיהֶן ad eas. בִּלְעָדַי & מִבַּלְעָדַי & מִבַּלְעֲדֵי præter me, בִּלְעָדָיו & בַּלְעָדָיו præter eum. In loco Gen. 14, 24. בִּלְעָדַי præter scil. illa י non est suffixum. עָדַי ad me, עָדֶיךָ ad Te, עָדֶיהָ ad eam, עֲדֵיכֶם ad vos, & semel cum (ָ) וְעָדֵיכֶם Job. 32. 12. עָלַי contra me, super me, עָלֶיךָ super Te, M. עָלַיִךְ super Te. F. עָלָיו & עָלָו super eum, עָלֶיהָ super eam, עֲלֵיכֶם, עֲלֵיכֶן super Vos, עֲלֵיהֶם & עֲלֵימוֹ super eos, עֲלֵיהֶן super eas. לְפָנַי coram me, לְפָנֶיךָ coram Te, לְפָנָיו coram illo, לְפָנֵינוּ coram nobis; Ast cum suff. gravi hæc forma legitur לִפְנֵיכֶם coram Vobis, לִפְנֵיהֶם coram illis. יַחְדָּיו ter sic occurrit, sæpe tamen pro eo hæc forma: יַחְדָּו, pariter.

(C.) More utriusque, modò Sing. modò Pluralis, ut תַּחְתִּי sub me, loco mei &

& תַּחְתֵּינוּ pro nobis, sic תַּחְתֵּיךָ pro Te, loco tui, תַּחְתֶּיהָ & תַּחְתֶּינָּה pro ea, Gen. 22, 1. תַּחְתָּיו loco ejus, תַּחְתֵּיכֶם pro vobis, תַּחְתֵּיהֶם & תַּחְתָּם pro iis, loco eorum. Sic בֵּינִי & בֵּינַי inter me, בֵּינֵנוּ & בֵּינֵינוּ inter nos, בֵּינֵךְ & בֵּינְךָ inter Te, M. בֵּינֵךְ inter Te F. בֵּינוֹ inter eum, בֵּינֶכֶם & בֵּינֵיכֶן inter Vos, בֵּינֵיהֶם inter eos, imò aliquando cum forma fœminina legitur: בֵּינוֹתַי inter me, בֵּינוֹתָם inter illos, sic בֵּינוֹתֵינוּ inter nos.

Not:

I.) In omnibus suffixis, quæ formam Plural. sustinent, facilioris formationis gratia concipi potest Pluralis integer v.gr. in אֵלַי ad me, finge primò Plur. אֵלִים & deinde tolle cum prævio puncto ם, & adde Suffixum. Et sic in cæteris procedendum.

II.) Aliquando Particulæ Separatæ copulantur cum literis (וּמִלֵּב) elegantissimè & significantissimè, ut וּבֵן & in sic i. e. atque Tunc, Eccles. 8, 10. מִבְּלִי præ non i. absque מֵחוּץ à foris i. e. extra Gen. 19, 19. לְאַיִן ad non, לְבִלְתִּי ad non, לָמָתַי ad quando. Sic Hag. 2 16. בְּטֶרֶם ab antequam, בְּאַיִן in non, Esa 57, 1. בְּבֵין in inter, בְּכֹה in sic, i.e. hoc modo 1. Reg 22, 20. Esa. 44, 4. בְּעֵבֶר Jos 24, 14. in trans, בְּעַד in propter, Jerm. XI. 14. בְּלֹא in non, i. e. absque Esa 55, 1. בְּמֵאַיִן in

val-

valde i. e. copiosissimè. Exod. 1,7. בְּעוֹד in adhuc. Esa. 15,9. i.e. quum adhuc esset dies.

III.) Quod attinet vocem אַשְׁרֵי, disquiritur, an sit Nomen in Regimine positum, an verò Particula. Nonnulli eam pro Nomine constructo habent, alii verò pro particula separata, cum quibus & ego facio, adeoque vertendam esse judico per Benè (quicquid aliis videatur.) Quòd verò non possit esse Nomen constructum sequenti ratione evincam, quia constanter hanc formam retinet etiam cum suffixis, ut אַשְׁרֶיךָ Ps. 128,2. Ast si אַשְׁרֵי esset Nomen constructum, in statu Affixionis aliam formam induat, scil. hanc: אַשְׁרֶיךָ.

Lege in hanc rem, si lubet, Tarnov. Exercit. Bibl. ut & B. VVelleri Disputationem, si tibi istius copia fuerit, super Ps. 1.

Caput V.

DE VERBO REGULARI.

Ubi consideranda se offerunt 1. Persona. 2. Genus. 3. Modus. 4. Tempus. 5. Conjugatio & istius Denominatio. 7. Characterisatio. 8. Significatio. 9. Temporum formatio.

73. Tres in Verbo dantur Personæ, prima, quæ de se loquitur, Secunda, quæ

quæ ad alium loquitur, & Tertia, quæ de alio loquitur.

Ut אֶלְמֹד discam, תִּלְמֹד disces, יִלְמֹד discet; Ast Imperativus tantum secundam habet, Tertia verò Futuro exprimitur. Ubi observa, quòd in hac Lingua in Præterito à Tertia Persona conjugare incipiamus, quæ propterea dicitur Radix, contra indolem Linguarum occidentalium, partim quia 3. persona est persona simplicissima, partim quia reliquæ ab hac descendunt. Constat autem Radix ordinariè tribus literis essentialibus, quarum prima perpetuò habet (ָ) Secunda ut plurimum (ַ) rarò (ֵ) (quod ante augmenta ָה, & וּ in Schva mutatur, ante reliqua verò in Patach) & Holem, quod ante ָה & וּ similiter in Schva transit, ante reliqua verò manet, ut יָכֹל, יָכְלָה, יָכֹלְתָּ &c.

74. Prima Persona semper est Generis Communis, ut & Tertia pluralis in Præteritis; Ast Secunda & Tertia Masculinum à Fœminino distingvunt.

Ut אֶלְמֹד discam Vir & fœmina, לָמַדְתָּ didicisti tu Vir, לָמַדְתְּ didicisti tu fœmina. In quo puncto Hebræi planè discedunt à Linguis Europæis, præter Linguam Sclavonicam, eò quòd

Verbum non tantùm Numero, sed etiam Genere, Nomini suo respondeat. Distinguuntur verò Personæ à se invicem certis Augmentis. Ita (1) in omnibus Præteritis sequentia Augmenta Consequentia apparent, scil. תְּ , תָּ , ָה , נוּ , תֶּן , תֶּם , וּ , תִּי decisa ex Pronominibus Absolutis, ita ָה est ex Pronom. הִיא illa, vel: sume formativum fœm. ָה ex Nomine, tunc res clarior erit. Nota secundæ Pers. תָּ & ת ex אַתָּ & אַתְּ, demptô ab initio Aleph, Nota primæ Pers. ex אֲנִי ego, mutatô Nun in ת, ne fiat confusio cum Suffixo נִי mihi, me, secundum Can. *Literæ unius Organi, & coofficiales facilè inter se permutari possunt*: Jam verò Nun & Thau sunt ex טַדְלֶנֶת. *Inquis*: cur Nun præcisè in ת est mutatum, annon potuisset mutari in ל, aut ד vel ט? ℟. Non in ל, quia hæc litera servit ab initio, nec etiam in ד vel ט, quia hæ literæ semper sunt Radicales. Notam verò 3. Plur. perperàm nonnulli ex הוּא per Enallagen Numeri deducunt. Sed ridiculum! cum potius sit vicarium ם ex הֵם ex Can. *Literæ unius organi* &c. Jam verò Vav & Mem sunt ex בּוּמָף. Reliqua discursui privato reservo. Denique Notæ secundæ Personæ Plur. תֶּם & תֶּן sunt ex אַתֶּם & אַתֶּן Vos; Nota 1. Plur. ex אֲנַחְנוּ, vel commodiùs ex אֲנוּ Nos.

(2) In omnibus Futuris Augmenta (a) Antecedentia sunt אֶתְתְּיַתֶּן, ubi א est ex אֲנִי, ת secun-

secundæ Pers. ex אַתָּ & אַתְּ ' formativum 3. Masc. est vicarium ׳ Vav ex הוּא, ne fiat confusio cum Præfixo Vav, rursus applicatô Can. *Literæ unius organi* &c. quod verò nec א, nec ה assumi potuerit, viva voce demonstrabo; ת formativum 3. Fœm. etiam est vicarium ׳ ה ex הִיא Illa, quia ה & ת sunt literæ Coofficiales, p.7 c 10. quæ propterea facilè inter se possunt permutari.

(*b*) Consequentia sunt יוּנָה, quæ in utroque futuro appenduntur, è quibus Jod est formativum F. gen. in Sing. ortum ex Pron אַתִּי Tu, ו est nota Plur. Masc. pro ם ex Pronom. אַתֶּם vel הֵם; נָה verò est nota Fœm. Gen. in Plur. ex Pron אַתֵּנָה Vos, vel הֵנָּה, si est formativum 3. fœm.

Obs.

(*a*) Hoc formativum נָה sæpè suum ה deponit, ut תָּבֹאן venient Gen 30 38 Coll. Ruth 1, 20. Devt. 31 21. cap. 26 ult. c. 19 33. 2. Sam 13. 18. Gen. 37, 7. Ezech. 3 20. NB. Aliquando (ָ) sub Nun perit, ut קִרְאֶן Ex. 2, 20. Coll. Gen. 4, 23.

(*b*) Participia in Fœm. in ָה desinunt, vel etiam in ֶת, vel maximè in Præs Kal. nunquam verò in Paul.

(*c*) Augmenta consequentia sunt vel *Asyllabica*, ut

ut ה ֶ ֵ ו ֹ & י. vel *Syllabica*, ſcil. reliqua omnia.

75. Modi hîc tres dantur Indicativus, (qui includit ſimul Conjunctivum, vel Optativum) Imperativus, & Infinitivus.

Ubi per Infinitivum etiam exprimuntur Gerundia, & Supina, præpoſitis literis בַּכְלָם, ut בִּלְמֹד in diſcere, i. e. in diſcendo. לִלְמֹד ad diſcere, i. e. ad diſcendum. &c.

76. Tempora non niſi tria dantur, ſcilicet Præteritum, Futurum, & Participium.

Hic (*A*) *Præteritum* comprehendit ſub ſe omnes Præteriti ſpecies, intellige Imperfectum, Perfectum, Plusquamperfectum Indicativi, Optativi, & Conjunctivi, ut לָמַד didicit, diſcebat, diſceret, didicerat, didiciſſet, diſcat. In ſententiis verò generalibus, cum ſcil. à circumſtantiis temporis abſtrahitur, pro præſenti uſurpatur, imò etiam pro Futuro ac Imperativo, ut Pſ. 1. v. 1. הָלַךְ ambulat, quâ voce indicatur actus continuus, i. e. qui non ambulavit, nec ambulat, nec etiam ambulabit. In ſententia continuata ſæpè imitatur præcedentis rationem, ut שְׁמֹר וְשָׁמַעְתָּ cuſtodi & audi Devt. 12, 28.

b) Fu-

(B) *Futurum* tam latè sumo, ut etiam sub se comprehendat Imperativum, qui aliàs Futurum Imperans dicitur. Exprimitur autem per Futurum non tantùm Futurum Indicativi modi, sed etiam Optativi, ac Conjunctivi; Aſt in ſententiis generalibus, ubi abſtractio fit à temporis circumſtantiis, etiam Præſens deſignat, ut Pſ. 1, 2. יֶהְגֶּה meditatur. Aliquando includit Imperfectum, rarò Plusquamperfectum, ut Gen. 2. 6. frequenter etiam pro Imperativo uſurpatur. Sch. p. 58.

Obſ.

(1) Imperativo tantum exprimuntur Præcepta Affirmativa; Negativa verò per Futurum præmiſſâ particulâ אַל ne. Buxt. p. 94. Sch. p. 57.

(2) *Infinitivus* (1) exprimit Gerundia mediantibus literis בְּכָל Vid. Can. LXIII. (2) Sæpè etiam nominaſcit, ut דַּעְתִּי ſcientia mea. (3) Nonnunquam etiam eſt explicandus, ut præcedens, aut ſequens verbum, v. gr. רָאִיתִי וְנָתוֹן vidi (illa omnia) & dedi cor meum Eccl. 8, 9.

(C) *Participium Benoni*, ſeu Activum præter hoc tempus etiam deſignat Præſens, Futura, Perfectum ac Imperfectum, ſæpè etiam nominaſcit, ut רֹעֶה paſtor. Præſens exprimit, cum ipſi adduntur Pronomina Perſonalia, v. gr. אֲנִי פֹקֵד ego viſito, ſic אַתָּה פֹקֵד tu viſitas &c. Denique Participium Paſſ. ſeu Paſſivum deſignat paſſionem præteritam adhuc durantem

ut פָּקוּד visitatus, qui adhuc visitatur. NB. Aliquando activè sumitur, ut שָׁכוֹן habitans, עָצוּם fortis.

Reliqua, quæ hic non attigimus, in Idiotismis nostris invenies.

77. IV. dantur Conjugationes, quarum quælibet est biformis, scil. Activa, & Passiva, præter quartam, quæ est uniformis.

Ordo istarum ita habet:

I. Kal (Activa) & Niphal (passiva) exceptis נִלְחַם pugnavit, נִשְׁבַּע juravit, & נִשְׁעַן incubuit.
II. Piel (Activa) & Püal (Passiva)
III Hiphil (Activa) & Hophal (Passiva)
IV. Hithpaël.

Hic observa (4) quòd accuratè loquendo non nisi una sit conjugatio, quandoquidem unus tantùm datur modus inflectendi tempora verbi per Numeros & Personas, ubi certè in omnibus Conjugationibus eadem augmenta Consequentia & Antecedentia recurrunt, ea de Causa prima Activa reliquarum norma dici potest; ideo etiam interdum Thema seu Verbum per omnes Conjugationes variari potest, quod est contra indolem Linguarum occidentalium, ubi verbum aliquod tantùm in una Conjugatione

ne inflecti potest; Interim tamen quia quatuor dantur classes significationum ex eadem radice deductæ, ideò inde totidem Conjugationes ordinatæ sunt.

Non verò (*b*) solent denominari Prima, Secunda, Tertia, Quarta, ceu in aliis linguis, sed vocabulis technicis ab antiquo Themate פָּעַל petitis exprimuntur, exceptâ primâ Activâ, quæ non Paal, sed Kal vocatur ob significationem simplicem & levem, quia Verba, quæ in hac Conjugatione inflecti solent, habent significationem simplicem & levem.

Omnes verò (*c*) Conjugationes dividuntur in leves & graves, istæ sunt prima & Tertia, quia secunda Radicalis Dagesch forti destituitur, reliquæ sunt graves.

(*d*) Non verò opus est, ut aliquis omnes Conjugationes ediscat, sufficiet, si unô oculô tertiam Sing. in quolibet Præterito, alterô verò Infinitivum cujuslibet Conjugationis probè respiciat & contempletur, tunc totum negotium erit confectum.

78. Singulæ autem Conjugationes innotescunt partim ex Nomenclatione, partim ex certis Characteristicis.

Ita Prima Activa *Kal* ex Nomenclatione cognoscitur, scil. ex (_) & (_), istius passiva *Niphal*

phal ex litera characteristica Nun cognoscitur. Secunda Activa *Piel* ex Nomenclatione specialiter scil. ex (ִ) sub prima Radicali sequente (ֵ); Istius passiva *Pual* ex (ֻ) sub prima Radicali. Tertia Activa *Hiphil* rursus ex Nomenclatione, scil. (ִי) & istius passiva ex chatuph ad oculum patet. Quarta denique ex Syllaba הִתְ. *Ais*: Ast Dagesc forte prodit secundam & Quartam Conjugationem, hinc vocatur characteristicum. ℞. A Nota seu charactere generali ad Notam Specialem N.V.C. Non de illo, d. de hoc h.l. sermo est.

Character omnium Participiorum est ◻, (exceptâ primâ Conjugatione,) ut מְלַמֵּד in Piel, sic מַלְמִיד in Hiphil, ut ex Schemate patebit.

79. Verba (1) Transitiva in Kal habent significationem simplicem, in Piel intensivam, in Hiphil vero Influxum moralem, ut פָּקַד visitavit, in Piel פִּקֵּד diligenter visitavit, in Hiphil verò visitare vel lustrare fecit, i. e. præfecit ad lustrandum. (2) Quæ verò in Kal sunt Intransitiva, seu Neutra, ea in secunda & tertia fiunt transitiva, ut שָׂמַח lætatus est, in Piel significat, lætificavit. Reliqua, quæ hic non occurrunt, invenies in Idiotismis nostris, vel etiam in Lexico.

80. For-

80. Formatio temporum ita habet: nempè à Præterito formatur Infinitivus, ab hoc Imperativus, ab hoc Futurum (excipe Püal, Hophal, & Hithpäel, ubi omnia tempora ordine à Præterito immediatè deducuntur) & deniq́ue Participium, quod partim à Præterito, ut in prima Conjugatione, it. Püal, Hophal & Hithpael, partim ab Infinitivo, ut in Piel & Hiphil deſcendit.

81. Quoties Conſequens Aſyllabicum accedit, toties ſequentia tria puncta finalia Pathach (pro quo eſt ָ in Verbis לא״) Holem & Zere mutantur in Schva.

Ut פָּקְדָה à פָּקַד, תִּפְקְדִי à תִּפְקֹד, פִּקְדָה à פִּקֵּד &c. mutato ubique puncto finali in Schva ob Augmenta Aſyllabica.

82. Litera Præformativa (augmentum Antecedens) ordinariè ſumit Schva.

Ut מְפַקֵּד Participium in Piel; Aſt ſi aliud Schva ſequitur, quod interd. in D. F. latet,

tunc ex Can. 1 de Schva in Hirek p. producitur, excepta 1. Sing. in fut. Kal, Niph. & Hithpäel, ubi pro (.) est Sægol.

83. Characteristica temporis excludit Characteristicam Conjugationis, aut alius temporis, ejusq; punctum ad se trahit.

Ut מַקִּיר pro מְהַפְקִיר, sic תַּפְקֵד pro תְּהַפְקֵד ex Imperat. in Niphal.

Obs.

(a) In Futuro & Participio Hithpäel non totus Character הִתְ excluditur, sed tantùm litera ת, ut מִתְפַּקֵּד pro מְהִתְפַּקֵּד.

(b) Sæpè ex Chaldaismo retinetur Characteristica Conjugationis & Temporis, v. gr. יְהוֹשִׁיעַ servabit. Pf. 116, 6. Coll. Esa. 52, 5. Pf. 45, 18. 1. Sam. 17. 47. Pf. 78, 7. Ezech. 46, 22.

84. Prima Radicalis sibilans (scil. ex זכצש) in Hithpäel transponitur cum ת characteristico, (fundata Regula in Euphonia, quia ת Raphatum Judæi ut ס pronunciant) quod post ץ in ט mutatur, post ז verò in ד.

Ut

Ut הִשְׁתַּמֵּר pro הִתְשַׁמֵּר, Aſt הִצְטַדֵּק juſtificavit ſe pro הִצְדִּיק, ſic הִזְרַמֵּן præparavit ſe, pro הִזְדַּמֵּן & hoc pro הִתְזַמֵּן à Themate זְמַן.

Exc.

Unicum Jerm. 49, 3. in quo transpoſitio negligitur, ut הִתְשׁוֹטַטְנָה curſitate.

Obſ.

Aliquando הִתְ Syllabæ Characteriſticæ ejicitur ante primas Radicales ד, ט, & ר (interdum etiam ante כ) defectu iſtius in ſequente litera per D.F notatô. ut הִטַּהֲרוּ purificarunt ſe, Eſr. 6,20. pro הִתְטַהֲרוּ, ſic מְדַבֵּר ſermocinans, Num. 9, 89. pro מִתְדַּבֵּר. Rarò verò הִתְ Characteriſticum ante כ excluditur, & per D.F compenſatur, ut וְיִכּוֹנָנוּ & parabunt, pro יִתְכּוֹנָנוּ Pſ. 59, 5. Coll. Num 21, 27.

85. Dantur Radices quadratæ, ubi vel prima & ſecunda duplicatur, vel ſecunda & ultima, & flectuntur tantum in ſecunda & quarta Conjugatione, nihilque novæ habent difficultatis, v. gr. כִּלְכֵּל ſuſtentavit, גִּלְגַּל

כִּלְכַּלְתָּ &c. sic אֶשְׁתַּעְשַׁע delectabor Ps. 119. v. 16. à Radice שָׁעָה. De Emphasi autem hujus duplicationis consule Idiotismos nostros.

Exc.

Duo Verba חֳמַרְמָרוּ conturbata sunt Thren. 1, 20. à חָמַר, & יָפְיָפִיתָ valde speciosus es factus Ps. 45. 3. à יָפָה, quæ quinque habent Radicales, De quibus in Idiotismis fusiùs agem9.

86. In Verbis quà perfectis, quà Imperfectis inter se aliquando confunduntur diversæ formæ, partim diversarum Conjugationum (*a*) partim diversorum Augmentorum Antecedentium (*b*) prtim diversorum temporum (*c*) partim denique duarum Radicum (*d*)

(*a*) v. gr. נְגֹאֲלוּ pollutuæ sunt, Es. 59, 8. ex Niphal & Püal compositum à גָּאַל redemit. (*b*) ut נִשְׁאֹל expetendo, ubi augmentum præteriti cum Augmento Infin. est permutatum pro הִשָּׁאֵל 1. Sam. 20. 28. à שָׁאַל. Conf. 1. Sam. 21, 2. Esa. 63. 3. (*c*) ut מִשְׁתַּחֲוִיתֶם incurvantes se Ezech. VIII, 16. est forma composita ex Præterito, & Participio Coll. Jerm. 50, 5. (*d*) ut

ut וְהוֹשְׁבוֹתִים & convertam eos Zach. X, 6. collato Jud. IV, 21. וַיִּיעַף & fessus erat à Radice יָעַף quasi esset ab עוּף. Coll. Ezech. 36, 11. Prov. 24, 28. Jerm. 15, 24. Sic וַהֲפִתִיתָ & confringas, à פָּתַח & פָּתָה, Prov. 24, 28.

87. Formativum Fœm. ה quâ Verborum, quâ Nominum sæpè mutatur in ת, factâ tunc, ubi opus fuerit, speciali contractione, ut נִפְלָאת pro נִפְלָאָה admirabile fuit Ps. 118, 23. Coll. Ps. 16, 6, Esa VII, 14. Ezech. 46, 17. וְקָרְאת & vocabit, pro וְקָרְאָה.

SEQUITUR THEMA.

Activum Primæ Kal,

פָּקַד Visitavit

Præteritum.

Sing.

F.	פָּקְדָה	M. פָּקַד	Visitavit
F.	פָּקַדְתְּ	M. פָּקַדְתָּ	Visitasti
Com.		פָּקַדְתִּי	Visitavi.

Plur.

Com.		פָּקְדוּ	Visitârunt.
F.	פְּקַדְתֶּן	M. פְּקַדְתֶּם	Visitastis.
Com.		פָּקַדְנוּ	Visitavimus

IN-

INFINITIVUS.

Absol. פָּקֹד Constr. פְּקֹד

IMPERATIVUS.

Sing.

F. פִּקְדִי M. פְּקֹד Visita.

Plur.

F. פִּקְדְנָה M. פִּקְדוּ Visitate.

FUTURUM.

Sing.

Com. אֶפְקֹד Visitabo.
F. תִּפְקְדִי M. תִּפְקֹד Visitabis.
F. תִּפְקֹד M. יִפְקֹד Visitabit.

Plur.

Com. נִפְקֹד Visitabimus.
M. תִּפְקְדוּ Visitabitis.
F. תִּפְקֹדְנָה M. יִפְקְדוּ Visitabunt.

PARTICIPIUM

Præsens

Sing.

F. פֹּקֶדֶת vel פֹּקְדָה M. פֹּקֵד Visitans.

Plur.

F. פֹּקְדוֹת M. פֹּקְדִים Visitantes.

PAR.

PARTICIPIUM
Præteritum, aliàs Paul dictum.

Sing.

F. פְּקוּדָה M. פָּקוּד Visitatus.
F. פְּקוּדוֹת M. פְּקוּדִים Visitati.

Passivum Primæ, NIPHAL.

PRÆTERITUM.

Sing.

F. נִפְקְדָה M. נִפְקַד Visitatus est
F. נִפְקַדְתְּ M. נִפְקַדְתָּ Visitatus es
Com. נִפְקַדְתִּי Visitatus sum.

Plur.

Com. נִפְקְדוּ Visitati sunt.
F נִפְקַדְתֶּן M. נִפְקַדְתֶּם Visitati estis.
Com. נִפְקַדְנוּ Visitati sumus.

INFINITIVUS.

הִפָּקֵד Visitari.

IMPERATIVUS.

Sing.

F. הִפָּקְדִי M. הִפָּקֵד Visitare.
F. הִפָּקַדְנָה M. הִפָּקְדוּ Visitamini.

FUTURUM.

Sing.

Com. אִפָּקֵד Visitabor.
F. תִּפָּקְדִי M. תִּפָּקֵד Visitaberis.
F. תִּפָּקֵד M. יִפָּקֵד Visitabitur.

Plur.

Plur.

Com.	נִפְקָד	Visitabimur.
M	תִּפָּקְדוּ	Visitabimini.
M.	יִפָּקְדוּ	Visitabuntur.

PARTICIPIUM.

Præsens.

Sing.

F. נִפְקָדָה	M. נִפְקָד	qui visitatur.

Plur.

F. נִפְקָדוֹת	M. נִפְקָדִים	Visitati.

Conjugatio II. & quidem I. Activa Piel.

PRÆTERITUM.

Sing.

F. פִּקְּדָה	M. פִּקֵּד	diligenter visitavit.
F. פִּקַּדְתְּ	M. פִּקַּדְתָּ	visitasti diligenter.
Com.	פִּקַּדְתִּי	visitavi diligenter.

Plur.

Com.	פִּקְּדוּ	visitarunt diligenter.
F. פִּקַּדְתֶּן	M. פִּקַּדְתֶּם	visitastis diligenter.
Com.	פִּקַּדְנוּ	visitavimus diligenter.

INFINITIVUS.

פַּקֵּד

IMPERATIVUS.

Sing.

F. פִּקְדִי	M. פַּקֵּד	visita diligenter.

Plur.

F. פִּקֹּדְנָה	M. פַּקְּדוּ	visitate diligenter.

FU-

FUTURUM.

Sing.

Com. אֶפְקֹד visitabo diligenter.
F. תִּפְקְדִי M. תִּפְקֹד visitabis diligenter.
F. תִּפְקֹד M. יִפְקֹד diligenter visitabit.

Plur.

Com. נִפְקֹד visitabimus diligenter.
F. תִּפְקֹדְנָה M. תִּפְקְדוּ visitabitis diligenter.
F. תִּפְקֹדְנָה M. יִפְקְדוּ visitabunt diligenter.

PARTICIPIUM.

Sing.

vel מִפְקָדֶת M. מִפְקָד visitans.

Plur.

מִפְקָדוֹת M. מִפְקָדִים visitantes.

Passivum II. Conj. Pual.

Præteritum

Sing.

F. פֻּקְדָה M. פֻּקַּד visitatus est diligenter.
F. פֻּקַּדְתְּ M. פֻּקַּדְתָּ visitatus es diligenter.
Com. פֻּקַּדְתִּי visitatus sum diligenter.

Plur.

Com. פֻּקְדוּ visitati sunt diligenter.
F. פֻּקַּדְתֶּן M. פֻּקַּדְתֶּם visitati estis diligenter.
Com. פֻּקַּדְנוּ visitati sumus diligenter.

INFINITIVUS
פָּקֹד

IMPERATIVUS
deest.

FUTURUM.

Com. אֶפְקֹד visitabor diligenter.
F. תִּפְקְדִי M, תִּפְקֹד visitaberis diligenter.
F. תִּפְקֹד M. יִפְקֹד visitabitur diligenter.

PARTICIPIUM.

Sing.

F. מְפֻקֶּדֶת M. מְפֻקָּד visitatus.

Plur.

F. מְפֻקָּדוֹת M. מְפֻקָּדִים visitati.

* An detur Particip. in Piial & Hoph. in praxi dicam.

Activum III. Conj. HIPHIL.

PRÆTERITUM.

Sing.

F. הִפְקִידָה M. הִפְקִיד præfecit.
F. הִפְקַדְתְּ M. הִפְקַדְתָּ præfecisti.
Com. הִפְקַדְתִּי præfeci, i. visitare jussi.

Plur.

Com. הִפְקִידוּ præfecerunt.
F. הִפְקַדְתֶּן M. הִפְקַדְתֶּם præfecistis.
Com. הִפְקַדְנוּ præfecimus.

IN-

INFINITIVUS.

הַפְקִיד (ר) præficere.

IMPERATIVUS.

Sing.

F. הַפְקִידִי M. הַפְקֵד Præfice

Plur.

F. הַפְקֵדְנָה M. הַפְקִידוּ

FUTURUM.

Com. אַפְקִיד præficiam.
F. תַּפְקִידִי M. תַּפְקִיד præficies.
F. תַּפְקִיד M. יַפְקִיד præficiet.

Plur.

Com. נַפְקִיד præficiemus.
F. תַּפְקֵדְנָה M. תַּפְקִידוּ præficietis.
F. תַּפְקֵדְנָה M. יַפְקִידוּ præficient.

PARTICIPIUM.

Sing.

F. מַפְקִידָה M. מַפְקִיד præficiens.

Plur.

F. מַפְקִידוֹת M. מַפְקִידִים præficientes.

Passivum Tertiæ HOPHAL

PRÆTERITUM.

Sing.

F. הָפְקְדָה M. הָפְקַד visita s est.
F. הָפְקַדְתְּ M. הָפְקַדְתָּ visitatus es.
Com. הָפְקַדְתִּי visitatus sum.

Plur.

	Com.	הָפְקְדוּ	visitati sunt.
F.	M.	הָפְקַדְתֶּם	visitati estis.
	Com.	הָפְקַדְנוּ	visitati sumus.

FUTURUM.

Sing.

	Com.		אֶפָּקֵד	visitabor.
F.		תִּפָּקְדִי	M. תִּפְקֹד	visitaberis.
F.		תִּפְקֹד	M. יִפְקֹד	visitabitur.

Plur.

	Com.		נִפְקֹד	visitabimur.
		תִּפְקְדוּ	M. תִּפְקְדוּ	visitabimini.
F.		תִּפְקֹדְנָה	M. יִפְקְדוּ	visitabuntur.

IMPERATIVUS

deest.

INFINITIVUS.

הִפָּקֵד visitari.

PARTICIPIUM.

F. מִפְקֶדֶת M. מִפְקָד qui visitatur.

Plur.

F. מִפְקָדוֹת M. מִפְקָדִים

Quar-

Quarta Conjugatio HITHPAEL.

PRÆTERITUM.

Sing.

F.	הִתְפַּקְּדָה	M. הִתְפַּקֵּד	recenſuit ſe
F.	הִתְפַּקַּדְתְּ	M. הִתְפַּקַּדְתָּ	recenſuiſti te
Com.	הִתְפַּקַּדְתִּי		recenſui me.

Plur.

Com.	הִתְפַּקְּדוּ		recenſuerunt ſe.
F.	הִתְפַּקַּדְתֶּן	M. הִתְפַּקַּדְתֶּם	recenſuiſtis Vos.
Com.	הִתְפַּקַּדְנוּ		recenſuimus nos.

INFINITIVUS

הִתְפַּקֵּד

IMPERATIVUS

F. הִתְפַּקְּדִי M. הִתְפַּקֵּד

Plur.

F. הִתְפַּקֵּדְנָה M. הִתְפַּקְּדוּ

FUTURUM.

Com.	אֶתְפַּקֵּד		
F.	תִּתְפַּקְּדִי	M.	תִּתְפַּקֵּד
F.	תִּתְפַּקֵּד	M.	יִתְפַּקֵּד

Plur.

Com.	נִתְפַּקֵּד		
F.	תִּתְפַּקֵּדְנָה	M.	תִּתְפַּקְּדוּ
F.	תִּתְפַּקֵּדְנָה	M.	יִתְפַּקְּדוּ

PARTICIPIUM.

F. מִתְפַּקְּדָה M. מִתְפַּקֵּד
F. מִתְפַּקְּדוֹת M. מִתְפַּקְּדִים

ANNOTATIONES
ad Kal.

a) In Præterito Kal Sequentium Verborum secunda Radicalis habet Holem. scil. קָטֹן, יָקֹשׁ, יָכֹל, יָגֹר, quod ante ו & ה in Schva transit; ast ante ת & נ manet, nisi accentus transierit ad ultimam, ut וְיָכַלְתָּ Exod. 18, 23 יְכָלְתִּיו Ps. 13, 5. prævalui ei, ita in 2. plur. יְכָלְתֶּם, יְכָלְתֶּן potuistis, Exc. נָזֹלוּ pro נָזְלוּ Esa. 64, 2.

b) Quòd secunda Radicalis pro (ַ) interdum habeat (ֶ) rariùs (ֵ) vide Fund. IV. Can. IV. de punctorum mutatione.

c) Specialis Anomaliæ est לְדַרְיוֹשׁ ad quærendum Esr. 10, 16. cum Jod Epenthetico, pro לִדְרֹשׁ vid. Lit arag. ap. III.

d) *In Participio secunda Radicalis mrò habet* (ִי) aut (ַ), ut תֹּמִיךְ sustentans, Ps. 16, 5. pro תֹּמֵךְ, sic אֹבִד Devt. 32, 28. Coll. Esa. 29, 14.

Obs.

Aliquando forma ֶת contrahitur, ut in seqq.

seqq. יֹלַדְתִּי & אֹהַבְתִּי. Verùm, quod salvô aliorum judiciô dixerim, non opus est ut hanc contractionem fingamus, & regulas de punctorum mutatione multiplicemus, si dicamus, esse formam compositam ex participio, & præterito. Lege Can. 86. suprà. Locum Esa.32, 11 in Idiotismis nostris ex professo pertractavimus.

Ad Niphal.

a) In Præterito secunda Radicalis aliquando habet Vav cholem, rarò (ֹ) ut Ps.22,15 sic נַהֲפוֹךְ conversum est, Esth.9,1.pro נַהֲפַךְ. Coll.Gen.17,26,27. 1. Chron.5 20.Esth.8,8.Nah 1,12.נֹאחֲזוּ possessores facti, Jos.22,9.transpositis punctis pro נֹאחֲזוּ & hoc pro נֹאחֲזוּ spectat ad Can.IV.de Schva infrà.

b) In Fut. Præformativa Aleph pro (ֶ) *interdum habet* (ִ), *idque ordinariè fit in quiesc. Pe Jod, & pro Zere sub secunda Radicali frequenter est Patach.* ut אִוָּשֵׁעַ pro אֶוָּשֵׁעַ. Coll.Ezech.26, 2. Exod. 14, 17.lege in Verbis Anom. Not.(g.) Can.IV. sic וַיִּנָּפַשׁ Exod.31, 17.

c) De Imperativo illud observandum, quòd tantum in Verbis reciprocæ significationis legatur; passiva verò purè talia æquè ut Pual ac Hophal hoc Imperativô carent.

d) Infinitivus aliquando desinit in Holem, ceu Præteritum. (1) *aliquando etiam characteristica Conjugationis retinetur* (2) *Rarò D.F. exclusum* per Sægol loco Zere notatur.

a) Ut הֵאָכֹל comedendo pro הֵאָכֵל, Levit. 7, 18. sic הַאִדָּרוֹשׁ an consulendo, Ezech. 14, 3. pro הַאִדָּרֵשׁ in א mutato.

b) Ut נִלְחֹם נִלְחַם pugnando pugnavit, Jud. 11, 25. Coll. Gen. 31, 30. 1. Sam. 20, 28. Jud. 20, 39. 1. Sam. 2, 27. 2. Sam. 1, 6. Hos. 10, 15. 2. Sam. 6, 20.

c) Ut הֶעָשׂוֹת pro הֶעָשׂוֹת, sic בֶּהָרֵג in occidendo, Ezech. 26, 15. denique litera Characteristica octies deest post literas כֶּלֶב. Conf. Can. 70. suprà. p. 90.

e) Specialem sustinent formam sequentia, scil. וְנֶאְשַׁאר אָנִי & remansi ego Ezech. 9, 8. pro נִשְׁאַר inserto insuper Aleph Epenthetico. Consule Literas Epentheticas suprà, sic נֶאְדָּרִי magnificata est pro נֶאְדָּרָה, Exod. 15, 6.

Ad Piel.

A) *In Præterito Piel Tria desinunt in Sægol* scil. דִּבֶּר locutus est, כִּבֶּס lavit, & כִּפֶּר expiavit; ast verbum כִּחֵשׁ aliò est rejiciendum, scil. ad Fund. VI. quandoquidem (ֵ) in (ֶ) ob Acc. Ton. Retr.

(*a*) In nonnullis exclusô D.F. prima Radicalis sumit Holem, ut שׁוֹפֵט pro שִׁפֵּט, sic שׁוֹרֵשׁ pro שֵׁרֵשׁ & hoc pro שִׁרֵּשׁ, Ita זֹרְמוּ Ps. 77, 18.

b) *In hac Conjugatione dantur etiam Radices quadratæ*, ut שִׁעֲשַׁעְתִּי oblectavi me, Ps. 119. Coll. Esa. 17, 11. Ps. 80, 14. Jerm. 51, 58. Gen. 27, 12.

B) In

B) In Futuro formam singularem habent sequentia, scil. (*a*) אֶסָּעֲרֵם procellis eos dejiciam. Zach. 7, 14. pro אֶסָּעֵר.

(*b*) יַגֶּה pro יְיַגֶּה, sic וַיָּחֶל pro וַיְיָחֵל, Gen. 8, 10. hùc refer מַלְּפֵנוּ pro מְאַלְּפֵנוּ. In quibus fit contractio, quæ etiam in aliis legitur. Aliquando D.F. est exclusum etiam ex non-guttur. ut תְּהָתֵלוּ Job. 13, 9.

C) Imperativus interdum in Patach desinit, ut פַּלַּג pro פַּלֵּג Ps. 55, 10. Coll. Job. 36, 12.

D) In Infinitivo aliquando forma Præteriti assumitur, ut חִלֵּץ eruere, Levit. 14, 40. Coll. 2. Sam. 12, 14. Sed NB. talia potiùs spectant ad Can. 86. suprà.

E) In Participio Terminatio ֶת *interdum contrahitur*, scil. in מְשָׁרַת ministrans pro מְשָׁרֶתֶת, 1. Reg. 1, 15. Coll. 1. Sam. 16, 15.

Ad Pual.

A) Hæc Conjugatio ejusmodi notat passionem, quæ est ab alio agente, cujus autor non exprimitur; Unde non tantùm hîc, sed & in Hophal Imperativus non datur, quia non possumus imperare passionem, quæ ab alio agente dependet.

B) In Præterito pro (ֻ) *vocali characteristica hujus Conjugationis sæpè assumitur* ָ *chatuph.* Ut לֹא כָּרַת שָׁלֵךְ non præcisus erat umbilicus tuus, Ezech. 16, 4. inscripto τῶ Resch D. Forti præter normam, rarò ve-

rò (וּ) ut הַיּוּלַּד nato, qui natus est, Jud. 13, 8.

b) Sicut in Piel una radicalium interd. duplicatur, ita vicissim in Püal aliquando quædam radicalis est geminata, ut אֻמְלַל Hos. 4. 13. ab אמל. Imò radices in hac Conjugatione dantur, quæ habent literas specie diversas, ut רֻטַּפַּשׁ recreatus est Job. 33, 25. vel numero saltem diversas, ut חֻמַּרְמָרוּ Thren. 1, 20 Coll. Job. 16, 16.

C) Speciale est in Futuro יְסֹעֵר pro יְסֻעַר Hos. 13, 3. abripietur.

Ad Hiphil.

A) Totum Hiphil ordinariè desinit in (ִי), sæpe etiam in (ֵ), in (ִי) verò sæpiùs cum Præfixis, & Suffixis, in Zere crebriùs cum Vav conversivo, aliquando in (ַ) sub & ante guttur. ָה ָח ָע aut ָר ut הַנְחַת pro הַנְחֵת.

Obs.

(*a*) Et hoc (ִי) in incremento ante Asyllabica manet, ante Syllabica verò pro eo redit (ַ) originale in Præter.

b) de forma הֶאֱזִנִיחוּ pro הִזְנִיחוּ vid. lit. Epentheticas suprà.

B) Futurum semper desinit in Zere, accedente scil. Vav Conversivo, aut Particula אַל, nisi etiam in fine accesserit Suffixum aliquod, tunc desinit in (ִי). Specialia sunt וַאֲעִשֵּׁר & ditatus sum

ſum Zach. 11, 5. אַשְׁמְאִילָה ſiniſtram petam, Gen. 13, 9. cum Aleph Epenthetico, Vid. literas Epenth. Quæ verò ab Aleph incipiunt, illud deponunt, ut אֹסִפְךָ 1. Sam. 15, 6. & אָסֵף pro אַאֲסֵף, וַיּוֹחֶר & ſivit ut tardaret 2. Sam. 20, 5. pro וַיַּאֲחֶר. Deinde in ſequentibus defectus qs. per (ָ) compenſatur facta ſpeciali contractione, ut אָזִין pro אַאֲזִין auſcultabo, Job. 32, 12. יָהֵל tentorium figet, Eſa. 13, 20. de forma אֶגְאַלְתִּי vid. Can. 86. ſuprà.

C) *In Infinitivo Augm. Anteced. interdum habet* (ֽ) ut הִמְלִיט, Eſa. 31, 5. Coll. 2. Reg. 3. Eſa. 50. &c. quæ forma plerumque manet ante Suffixa, ut הַשְׁמִידוֹ, extirpare eum, Devt. 7, 24. Coll. Jerm. 51, 53. Lege Can. 86. ſuprà.

Obſ.

(*a*) Cum particulis Aſyſtaticis בַּכְלָם, ut & ante Suffixa ſemper deſinit in (ִי) ut לְהַשְׁמִידוֹ, Devt. 9, 20. paucis exceptis.

(*b*) In 33. Locis ה Characteriſticum excluditur à Particulis כֶּלֶב. Conſule Literas Aſyſtaticas ſuprà ſuo loco.

(*c*) Interdum legitur cum Jod Epenthetico, ut הַעֲמִיד ſtatuere, Nehem. 7, 3. Coll. Amos. 9, 8. Eſa 59, 4. Pſ. 142, 5.

(*d*) Specialis tranſpoſitio & contractio occurrit in ſeqq. ſcil. in לַאֲדִיב ad cruciandum, 1. Sam. 2. 33. pro לְהַדְאִיב à דאב, לְהָכִיל ad confu-

consumendum, pro לְהַאֲכִיל Ezech. 21, 28.

(e) אַשְׁכִּים manè surgendo pro לְהַשְׁכִּים Jerm. 25, 3. habet formam chaldaicam. Eandem formam etiam sustinet אַבְרֵךְ genua flectere, Gen. 41, 43. nisi velis dicere, esse Nomen compositum ex אָב & רַךְ mollis, quasi dicas: Pater tener, scil. ratione quantitatis molis, non verò virtutis.

D) Augmenta Asyllabica ִי, וּ, & ָה *Tonum in penultima relinquunt*, ut הִפְקִידָה &c.

Exc.

Participium, ubi Accentus in ultima manet, ut מַפְקִידָה.

E) Augmenta Antecedentia ordinariè habent Patach, nisi in Præterito, ubi est (.) ut אַפְקֵד.

Exc.

הֶכְלַמְנוּם injuriâ affecimus eos, 1. Sam. 25, 7.

F) In Participio aliquando occurrit Ellipsis primæ Radicalis, scil. in seqq. מֵנִין pro מַאֲנִין, sic מְרִיבוֹת pro מַרְאִיבוֹת Levit. 26, 16. ast in מֵארִיךְ pro מַאֲרִיךְ Ellipsis quidem neglecta est, sed tamen irregularis punctatio apparet.

Not:

In fœminino rarò hæc forma legitur מַחְכִּימַת sa-

sapientiam afferens, Ps. 19, 8. pro מַחְכִּימָה Speciale est מַבְלִיגִיתִי recreans scil. anima mea, Jerm. 8, 18. cum Jod paragogico pro מַבְלִיגַה sed in מַחְצִרִים pro מַחְצִרִים secunda Radicalis est duplicata absque vocali. 2. Paral. 29, 28.

Ad Hophal.

In hac Conjugatione pro Kamez-chatuph ordinario sæpè est Kübbuz, nisi prima Radicalis fuerit guttumlis, ut הָשְׁלַךְ pro הָשְׁלַךְ Esa, 14, 19. &c. rarò est Vav Schurek, ut הוּכָּה percussus fuit, Ps, 42, 5. pro הֻכָּה & hoc pro הֻנְכָּה.

Obs.

a) Specialissimum est הֶחְרַלְתִּי cogeremne desistere? Jud. 9, 9. pro הֶהֱחָרַלְתִּי seclusô He Characteristicô, cujus vice proinde jungitur He Interrogativum.

b) Sequentia, scil. הִרְשַׁנָּה pinguefiet, Esa. 34, 6. & הִכְבֵּס lotum est, Levit. 13, 56. formam compositam habent ex Hophal & Hithpäel ex Can. 86.

Ad Hithpaël.

A) *Usus hujus Conjugationis vel maximè consistit in explicando interiore Animi motu, quô quis intra seipsum afficitur,* ut הִתְעַנָּה seipsum afflixit curis gravioribus, sic הִתְפַּלֵּל intra seipsum oravit.

B) Sa-

B) *Sæpè definit in Patach*, ut תִּתְעַנֵּג oblectate, Pſ. 37, 4. ſic תִּתְחַסֵּר benignum exhibete, 2. Sam. 22, 26. abeunte deinde (ֵ) in (ַ) ob Acc. diſt. ex F. V. Coll. Levit. 13, 33. 1. Reg. 20, 22.

Obſ.

a) Verbum פָּקַד per Specialem Anomaliam in Hithp. habet (ַ) ſub prima Radicali pro (ֶ) excluſô D. F. præter morem h. m. הִתְפַּקְּדוּ recenſiti ſunt. Num. 1, 47. pro הִתְפַּקְּדוּ ex duplici forma ת Hophal & Hithpael.

b) Verbum אָמַר dixit primam radicalem in Jod tanquam literam coofficialem mutat, ut תִּתְיֹמְרוּ ſummè prædicabitis Eſa. 61, 6.

c) In hac Conjugatione dantur etiam Radices quadratæ, ceu in Piel, ut הִתְמַהְמְהוּ tardi eſtote. Eſa. 29, 9. à מָהַהּ, ſic אֶשְׁתַּעֲשַׁע oblectabo me, Pſ. 119, 16. Coll. Dan. 8. 7. Eſa. 29, 9. 2. Sam. 15, 28. Prov. 26, 28. 2. chron. 36, 16.

d) Tria (ֶ) pro (ַ) ſub ſecunda Radicali habent, ſcil. וְהִתְגֹּרַלְתִּי Ezech. 38, 23. Levit. 11. & 20.

e) Nonnulla duplicem formam habent, ut וְנִכַּפֶּר & expiabitur, Devt. 21, 8. Coll. Eſa. 34, 6. Jerm. 25. 16. cap. 46, 8. Eſa. 52, 5. Levit. 13, 56. ex Can. 86.

Caput.

Caput VI.
De
VERBIS IRREGULARIBUS.

Verba Anomala seu Irregularia aut literam aliquam Radicalium inter conjugandum amittunt, indè *defectiva*, aut Quiescentem habent ex יהוה, indè *Quiescentia* dicuntur. Omnia verò suam denominationem ab Antiquo Themate פעל sortita sunt, ita ut prima radicalis cujusvis verbi Anomali τεχνικῶς *Pe* appelletur, secunda *Ajin*, & tertia *Lamed*. Dicuntur autem Anomala, non quod ubique & semper ἀνωμάλως tormentur, cum etiam interdum, quod usu discendum est, nonnulla analogicè inflecti soleant. vid. Ps. 30, 3.

De DEFECTIVIS
Pe Nun

1. Omne Nun Schva quiescente notandum (ante literam non-gutturalem, aut Vav, vel Jod, in Niphal etiam ante gutturalem) post Augmentum antecedens deponitur, & in secunda Radicali per D. F. compensatur.

Ut

Ut הִפַּלְתִּי feci ut caderent, pro הִנְפַּלְתִּי à נָפַל cecidit, Fut. תִּפֹּל decides Exod. 18, 18. &c.

Exc.

Nun Schvatum aliquando ex genio Linguæ Chaldaicæ manet, v. gr. הֲיִנְטוֹר nunquid observabit, Jerm. III, 5. וְלַנְפֵּל & ad cadere faciendum Num. V. 22.

Not.

a) Notanter dixi in Canone, *post Augmentum Antecedens*, nam si Nun accipit Schva quiescens post Particulam Asystaticam, seu Præfixum, tunc Anomalia cessat, v. gr. וְלִנְטוֹעַ ad plantandum. Coll. Jerm. I, 10.

b) Aliquando defectus non per D. F. sed per vocalem longam notatur, v. gr. וַיִּוַּר & coxit, Gen. 25, 29. coll. Esa. 64, 5.

c) Verbum נָדַד vagatus est in Futuris Kal & Hophal sequitur Anomaliam Pe Nun; Ast in Pual, Hiphil & Hithpael sequitur Anomaliam Ajin geminatorum. Consule Concordantias & Lexica.

d) In Imperativo Kal VIII. dantur verba Pe Nun, quæ etiam Nun Schva mobili notandum deponunt, ut גַּשׁ accede, vel גֹּשׁ Gen. 19, 9. vel גְּשׁ Jos. 3, 9. גַּע tange, סַע proficiscere, פֻּח suffla,

suffla, שַׁל solve, שַׁק osculare, שָׂא condona & נְשָׂא Ps. X, 12. cur verò Holem in (ָ) fuerit mutatum vide infra in Fund IV. de punctorum mutatione. Ex quibus V. sequentia in Infinitivo Nun priùs abjectô assumunt ֶת, excepto ultimô, vel ַת ante ultimam gutturalem utplurimùm quando præfigitur litera è בַּכְלָם, ut לָגֶשֶׁת accedere Jud. 20, 22. כְּגַעַת juxta attingere Ezech. 17, 10. (& לִנְגֹּעַ attingere Gen. 20, 6.) לָפַחַת ad sufflandum Ezech. 22, 2. לָטַעַת ad plantandum Eccl. 3, 2. (& perfectè לִנְטוֹעַ Esa. 51, 16.) & שְׂאֵת Gen. 44, 1. & contractè לָשֵׂאת Gen. 36, 7. 45. (& perfectè מִנְשׂוֹא Gen. 4, 13.) legitur & בְּשׂוֹא in elevando Ps. 89, 10.

Ais: Ast numerus septenarius suprà adductus videtur esse insufficiens, quia forma טַע planta est omissa. ℞. Hæc forma, quæ à nonnullis additur, est Ens Chymericum, quia in Scriptura nullibi apparet. Provoco ad istius αὐτοψίαν.

e) Verbum נָתַן Specialissimam sustinet Anomaliam, dum non tantum in Futuris Kal & Inf. pro Holem Zere sumit, sed insuper quoque ultimam Radicalem in Præterito ante ת deponit præter omnem rationem, ut נָתַתָּה dedisti Gen 3, 12, 15. imò תַּתָּה 2. Sam. 22, 41. In Infin. תֵּת dare Gen. 4, 12. contractè pro תֶּנֶת & cum Nun parag. לְתִתֵּן ad dandum, 1. Reg. 6, 19. sic cum suffixis תִּתִּי dare me, Gen. 29, 19. & cum ה parag. תְּנָה Ps. 8, 2. legitur etiam

forma Analogica נָתַן dare, Num. 20, 21. & נְתַן Gen. 38, 9. In fut. אֶתֵּן dabo Gen. 12, 7. תֵּן da, Gen. 14, 21.

f) Huc commodè referri potest sequens verbum לָקַח accepit, quod in prima Activa Kal & Hophal tantùm suum Lamed deponit vel maximè quando Schva quiescens accipiat, scil. *in Præterito Kal* bis legitur absque ה, ut לָקַח Ezech. 17, 5. Hos. 11, 3. *In Infinitivo* modo forma Irregularis occurrit, ut קַחְתּוֹ 2. Reg. 12, 9. Coll. Gen. 4, 11. & קָחְתּוֹ 2. Reg. 12. 8. mode forma Analogica, ut לָקוֹחַ accipiendo, Jerem. 32, 14. *In Imperativo* ut plurimùm forma anomala legitur, scil. קַח accipe, Gen. 6, 21. Fœm. קְחִי Plur. קְחוּ accipite Gen. 45, 18. & cum ה parag. קָחָה accipe, Gen. 15, 19. rarò forma analoga legitur scil. לְקַח Exod. 29, 1. *In Futuro semper forma Anomala occurrit*, scil. אֶקַּח accipiam, Gen. 14. 23. תִּקַּח &c. & cum ה parag. אֶקְחָה Esa. 56, 12.

g) Quò etiam transferri potest forma נִתְּעוּ commoluntur Job. 4, 10. pro נִלְתְּעוּ à Themate inusitato לתע.

h) הוּכַּר vel הֻכַּר in Hophal percussus est vide supra in Annotationibus ad Hophal.

Quia suprà Applicatio Canonis ad unum atque alterum exemplum instituta fuit, ideò commodè peculiari Schemate hic supersedere possumus.

De

De Defectivis
Lamedh Nun & Thau.

2. Tertia Radicalis Nun ante Nun servile, & Thau ante Thau servile deponitur, & defectus compensatur in consona seqq. per D.F.

Ut הִשְׁבַּתָּ fecisti me cessare, pro הִשְׁבַּתְתָּ à שָׁבַת quievit Ps. 89, 45. 118, 119. sic תִּשְׁכֹּנָה eæ habitabunt pro תִּשְׁכֹּנְנָה Ezech. 17, 23. à שָׁכַן habitavit.

Exc.

a) Dantur duo Loca, in quibus deest D. F. v. gr. תֵּאָמַנָה pro תֵּאָמֶנְנָה nutrientur. Esa. LX, 4. & תֵּעָגֵנָה clausæ eritis pro תֵּעָגֵנְנָה Ruth. 1, 13.

b) De Anomalia Verbi נָתַן dedit ex professo egimus suprà Can. I. quem videas.

Not:

Pauca duplicem sustinent Anomaliam, ut וְלַנּוּ & pernoctemus Jud. 19, 13. pro וְלַנְנוּ à לוּן sic שַׁתִּי posui Ps. 73, 28. pro שַׁתְתִּי à שׁוּת. Ita וָמַתִּי & moriar, Gen. 19, 19. pro וָמַתְתִּי à מוּת mortuus est. Observa, loco Schematis

Radicem מוּת subjungemus, quandoquidem ab aliis formis in Præterito Kal nonnihil discedit.

F.		M.			
	מֵתָה		מֵת	3.	mortuus est.
	מַתְּ		מַתָּה	2.	mortuus fuisti.
Com.			מַתִּי	1.	mortuus fui.
		Plur.			
Com.			מֵתוּ	3.	mortui sunt.
	מַתֶּן		מַתֶּם	2.	mortui estis.
a) וַיַּרְא pro וַיִּרְא, Gen. 1,4. pro Hirekp. sub Jod positô Patach ex Speciali Anomalia. Sed NB. si diceremus, hoc verbum habere formam Hiphilicam, tunc nulla Anomalia esset concipienda, nec etiam hæc Analysis Analogiæ fidei, aut Grammaticæ aliquid præjudicabit. Sic אַל־תַּמְחִי ne deleas pro תַּמַח, à תַּמְחָה, mutatô He in Jod Jerm. 18, 23.

b) וַיַּאַל & adjuratione obstrinxit, 1. Sam. 14, 24.

pro וַיֵּאַל, à יֵאָלֶה, sic וַיֵּאתֵא & וַיֵּתֵא, Devt. 33, 21. & alia forma וַיֵּאת & וַיָּאת & venit, Esa. 41, 25. pro וַיֶּאֶת à יֶאֱתֶה.

c) Ast in voce וַיְהִי & fuit, modestè discedo à nonnullorum resolutione, qui in resolvenda hac voce sat prolixô utuntur processu, dum ex falsa hypothesi Sægol aliàs ordinariè deponendum pronunciant esse rejiciendum ad primam Radicalem, & deinde rursus in Schva mutandum, quæ prolixa Analysis oritur ex falso principio, quòd scil. consonantem auferunt, manente præviâ vocali. Indè postmodum multa incommoda enata sunt. Sed quid multis? *Si transposueris puncta in Verbis* הָיָה, & חָיָה *post abjectionem* ה *He cum prævio Sægol, tunc ex omnibus difficultatibus te extricabis.* Eadem prolixitate fatigant sequens verbum וַיַּעַשׂ & fecit, dum ajunt, (ֶ) sub שׂ transferendum esse ad primam Radicalem, & sic esset וַיַּעֶשׂ, quod (ֶ) rursus deindè in (ַ) mutetur. *Sed unô verbô: Si sustuleris He cum prævio Sægol, & Applicaveris Canonem* V. de Schva: *omne Schva compositum ante Schva simplex deponit Hateph, tunc totum negotium erit confectum.* En omnia mysteria!

d) Aliquando Schva sub prima Radicali manet, si scil. secunda Radicalis fuerit una è literis בְּכַרְטְפַקְתְּ, (non præcedente ה vel ע ante quamlibet harum) ut וַיֵּרְדְּ, Ps. 72, 8 à יִרְדֶּה, sic וַיִּשְׁבְּ & captivavit, à יִשְׁבֶּה, Num. 21, 1.

e) In nonnullis Apocopa negligitur, licet Vav Con-

Conversivum adfuerit, v. gr. וַתִּזְנֶה & scortata est, Jud. 19, 2. וַיַּגֶּה in Piel, & tristitia affecit, Thren. 3, 33. pro וַיְיַגֶּה contractè. Coll. 2. Chron. 21, 13. Obs. sequentia nonnihil deflectunt à Themate פָּקַד.

f) וַיֵּדֶא pro וַיַּדֵּא, Ps. 18, 11. וָאֵרֶא Gen. 31, 10. sic וַיִּחַן pro וַיַּחַן à יַחֲנֶה, ita וַיִּחַר, pro וַיַּחַר & ne sit ira, Gen. 18, 30.

g) וַיִּחַד & gavisus est, Job. 3, 6. pro וַיֶּחֶד, à יֶחֱדֶה, ubi ultimum Patach non est furtivum, uti nonnulli asserunt, sed potius breve, quod ita demonstro: *Accedente Vav Conversivô tollitur He cum prævio Sægol, deindè* (ֱ) *deponit suum Hateph ex Can. ult. de Schva, esset:* וַיֶּחֶד, *sed* (ֵ) *sub & ante guttur. in* (ַ) *vicarium* abit, esset: וַיַּחַד. Schva verò sub ד est extraordinarium.

h) Legitur hæc Apocopa ד He interdum, licet Vav Conversivum non adsit, v. gr. יִגֶל migrabit, Job. 20, 28. יֵרֶא videbit, Exod. 5, 21. pro יִרְאֶה, sic יְחִי vivat, Deut. 33, 6. & יְהִי sit, vel erit, Gen. 1, 13. in 1. pers. אֱהִי ero, Hos. 13, 14. Quò etiam sequens referendum est: יְהוּא erit, Eccl. 11, 3. quod nonnulli pro specialissimo habent, sed ego salvô aliorum judicio commodè sic resolvendum judico: scil. integra forma est יִהְוֶה. Jam factâ Apocopâ remanet, יִהְו. Verùm quia ita videretur illegibile, puncta transponuntur, ita ut Schva sub Jod ponatur secundum Canonem: *Litera Præformativa sumit Schva*, & Hirekp. ad Vav retrahatur, indè

indè יְהוּ. Deindè in fine assumptum est Aleph Paragogicum p. 76. En nil difficultatis. Conf. omninò Ps. 109, 13. Job. 3, 9. Gen. 9, 27. Hos. 6, 1. Sæpè tamen hæc Apocopa ה׳ He contingit in Imperativis Piel, Hiphil, & Hithpael, v. gr. גַּל revela, Ps. 119, 8. הָרֶף remitte, pro הַרְפֵּה Devt. 9, 14. Ast הַשְׁתֹּ desiste, Ps. 39, 14. pro הַשְׁתַּהּ, ego ita resolvo: *post Ablationem* ה׳ *He cum prævio Zere Schva sub primæ Radicali transit in Sægol, quod deindè ante guttur. in Patach abit ex Fund.* IV. *Patach deindè in* ( ) *mutatum est sub augmento. Verbô: Si dixeris, hoc thema formam Quiesc.* עֲ *assumpsisse, tunc res confecta erit.*

SCHEMA VERBORUM
QUIESCENTIUM LAMED HE.

In Kal

PRÆTERITUM.

Com.	גָּלוּ	3.	F. גָּלְתָה	M. גָּלָה 3.
M.	גָּלִיתֶם		גָּלִית	M. גָּלִיתָ 2.
Com.	גָּלִינוּ		Com.	גָּלִיתִי 1.

INFINITIVUS

גָּלוֹת, גְּלוֹת Constr.

IMPERATIVUS

F. גְּלִינָה M. גְּלוּ | F. גְּלִי M. גְּלֵה 2.

FU-

FUTURUM.

Plur.				*Sing.*			
Com.	נִגְלֶה	1.		Com.	אֶגְלֶה	1.
F.	תִּגְלֶינָה	M.	תִּגְלוּ	F.	תִּגְלִי	M.	תִּגְלֶה	2.
F.	תִּגְלֶינָה	M.	יִגְלוּ	F.	תִּגְלֶה	M.	יִגְלֶה	3.

PARTICIPIUM.

F.	גְּלוֹת	M.	גְּלִים	F.	גְּלוּיָה	M.	גָּלוּי	Præs.
F.	גְּלוּיוֹת	M.	גְּלוּיִים	F.	גְּלוּיָה	M.	גָּלוּי	Præt.

In Niphal.

PRÆTERITUM.

Plur.				*Sing.*			
Com.	נִגְלוּ	F.	נִגְלְתָה	M.	נִגְלָה	3.
נִגְלִיתֶם נִגְלִיתֶן נִגְלִינוּ	F.	נִגְלוֹת	M.	נִגְלִיתָ	2.
			Com.	נִגְלִיתִי	1.

INFINITIVUS

הִגָּלֵה, הִגָּלוֹת

IMPERATIVUS

הִגָּלֵה

FUTURUM.

	נִגְלֶה	Com.			אִגָּלֵה	1.
F.	תִּגְלֶינָה	M.	תִּגְלוּ	F.	תִּגְלִי	M.	תִּגָּלֵה	2.
F.	תִּגְלֶינָה	M.	יִגְלוּ	F.	תִּגָּלֵה	M.	יִגָּלֵה	3.

PAR-

PARTICIPIUM PRÆTER.

Sing.

F. נִגְלָה M. נִגְלֶה

Plur.

F. נִגְלוֹת M. נִגְלִים

In Piel.

Com. גִּלּוּ	F. גִּלְּתָה	M. גִּלֶּה	3.
גִּלִּיתֶם, גִּלִּיתֶן	F. גִּלִּית	M. גִּלִּיתָ	2.
Com. גִּלִּינוּ		Com. גִּלִּיתִי	1.

INFINITIVUS.

גַּלֵּה, גַּלּוֹת

IMPERATIVUS.

&c. גַּלֵּה, גַּלִּי

FUTURUM.

Plur.		*Sing.*	
נִגְלֶה	Com.	אֶגְלֶה	1.
תִּגְלוּ, תִּגְלִינָה	F. תִּגְלִי	M. תִּגְלֶה	2.
יִגְלוּ, תִּגְלֶינָה	F. תִּגְלֶה	M. יִגְלֶה	3.

PARTICIPIUM PRÆS.

Sing.

F. מְגַלָּה M. מְגַלֶּה

Plur.

F. מְגַלּוֹת M. מְגַלִּים

In

In Püal.

Com. גֻּלּוּ	F. גֻּלְּתָה	M. גֻּלָּה	3.
גֻּלִּיתֶם, גֻּלִּיתֶן	F. גֻּלּוֹת	M. גֻּלִּית	2.
Com. גֻּלִּינוּ	Com. גֻּלִּיתִי		1.

FUTURUM.

Com. נְגֻלֶּה	Com. אֲגֻלֶּה		1.
F. תְּגֻלֶּינָה M. תְּגֻלּוּ	F. תְּגֻלִּי	M. תְּגֻלֶּה	2.
F. תְּגֻלֶּינָה M. יְגֻלּוּ	F. תְּגֻלֶּה	M. יְגֻלֶּה	3.

IMPERATIVUS
deest.

INFINITIVUS.
גֻּלֵּה, גֻּלּוֹת

PARTICIPIUM.

Sing.
F. מְגֻלֶּה M. מְגֻלֶּה

Plur.
F. מְגֻלּוֹת M. מְגֻלִּים

In Hiphil.

PRÆTERITUM.

Plur.	*Sing.*		
Com. הִגְלוּ	F. הִגְלְתָה	M. הִגְלָה	3.
הִגְלִיתֶם, הִגְלִיתֶן	F. הִגְלִית	M. הִגְלִיתָ	2.
Com. הִגְלִינוּ	Com. הִגְלֵיתִי		1.

IN-

INFINITIVUS.

הַגְלֵה, הַגְלוֹת

IMPERATIVUS

Plur.		Sing.	
F. הַגְלֶינָה	M. הַגְלוּ	F. הַגְלִי	M. הַגְלֵה

FUTURUM.

Com. נִגְלֶה		Com. אֶגְלֶה	1.
F. תִּגְלִינָה	תִּגְלוּ	F. תִּגְלִי M.	תִּגְלֶה 2.
F. תִּגְלֶינָה	יִגְלוּ	F. תִּגְלֶה M.	יִגְלֶה 3.

PARTICIPIUM.

Sing.

F. מַגְלָה M. מַגְלֶה

Plur.

F. מַגְלוֹת M. מַגְלִים

In Hophal.

PRÆTERITUM.

Com. הָגְלוּ		F. הָגְלְתָה	M. הָגְלָה 3.
הָגְלִיתֶם הָגְלִיתֶן		F. הָגְלִית	M. הָגְלִיתָ 2.
הָגְלִינוּ		Com.	הָגְלִיתִי 1.

FUTURUM.

Com. נָגְלֶה		Com.	אָגְלֶה 1.
F. תָּגְלִינָה	תָּגְלוּ	F. תָּגְלִי	M. תָּגְלֶה 2.
F. תָּגְלֶינָה	יָגְלוּ	F. תָּגְלֶה	M. יָגְלֶה 3.

IM.

IMPERATIVUS
deest.

INFINITIVUS.
הָגְלוֹת vel הָגְלֵה.

PARTICIPIUM.

Sing.

F. מָגְלָה M. מָגְלֶה

Plur.

F. מָגְלוֹת M. מָגְלִים

In Hithpaël.

PRÆTERITUM.

Com. הִתְגַּלּוּ	F. הִתְגַּלְּתָה	M. הִתְגַּלֶּה	3.
הִתְגַּלֵּיתֶם, הִתְגַּלֵּיתֶן	F. הִתְגַּלֵּית	M. הִתְגַּלֵּיתָ	2.
הִתְגַּלֵּינוּ.		Com. הִתְגַּלֵּיתִי	1.

INFINITIVUS.
הִתְגַּלּוֹת

IMPERATIVUS
&c. הִתְגַּלֵּה הִתְגַּלִּי

FUTURUM.

Com. נִתְגַּלֶּה		Com. אֶתְגַּלֶּה	1.
תִּתְגַּלּוּ, תִּתְגַּלֵּינָה	F. תִּתְגַּלִּי	M. תִּתְגַּלֶּה	2.
יִתְגַּלּוּ, תִּתְגַּלֶּינָה	F. תִּתְגַּלֶּה	M. יִתְגַּלֶּה	3.

PARTICIPIUM

Sing.

F. מִתְגַּלָּה M. מִתְגַּלֶּה

Plur.

F. מִתְגַּלּוֹת M. מִתְגַּלִּים

Sequitur Catalogus omnium Verborum Anomalorum secundum omnes Classes.

I. PE NUN.

נָאָה pulchrum esse.
נָאַם dixit.
נָאַף Adulteravit, mæchatus est.
נָאַץ sprevit.
נָאַק Gemuit.
נָאַר detestatus est.
נָבָא Prophetavit.
נָבַז Pulsavit.
נָבַע Tetigit.
נָבַף percussit.
נגר Niph. נָגַר defluxit.
נָגַשׁ Accessit.
נָגַשׁ Exegit.
נָדַב liberaliter ad dandum motus fuit.
נָדַד evagatus est.
נדה Piel נִדָּה Ejecit, expulit.
נָדַף dispulit.
נָדַר vovit.
נָבַח Latravit.
נָבַט Intuitus est.
נָבַל Cecidit.
נָבַע scaturivit.
נגד Hiph. הִגִּיד nunciavit.
נָגַהּ

נָגַהּ splenduit.
נָגַח feriit cornibus.
נָגַח descendit.
נָטָה Inclinavit se.
נָטַל Levavit.
נָטַע Plantavit.
נָטַף stillavit.
נָטַר Custodivit.
נָטַשׁ Remisit.
נִיק Hiph הֵנִיק Lactavit.
נִיר Hiph. הֵנִיר Novellavit.
נָכָה Hiph. הִכָּה percussit
נָכַל Piel, machinatus est.
נָכַר Piel. agnovit, alienavit.
נָלָה Hiph, הִגְלָה absolvere.
נָהַג duxit.
נָהַם Rugiit.
נָהַק Rudit.
נָהַר Confluxit.
נָוָה Inhabitavit.
נָוַח Sparsus fuit.
נָזַר Hiph. הֵזִיר Coxit.
נָוָא Hiph. הֵנִיא rupit.
נוּב provenire.
נוּד vagari.
נוּחַ Quievit.
נוּשׁ Nutavit.
נוּם dormitavit.
נוּס fugit.
נוּעַ Movit se.
נוּף stillavit.
נוּץ Hiph. הֵנִיץ Efforuit.
נָזַל fluxit.
נָזַר separavit.
נָחָה deduxit.
נָחַר posfedit.
נָחַם Consolatus est.
נָחַשׁ Auguratus est.
נָקַר perfodit.
נָקַשׁ Illa queavit.
נָשָׂא tulit, attulit,
נָשָׂא Hiph. הִשִּׂיא decepit, seduxit.
נָשַׁב perflavit.
נָמַל circumcidit.
נָסַג Apprehendit.
נָסַר tollere.
נָסַר Amovit.
נָסַךְ Effudit.
נָסַס vexillum erexit.
נָסַע profectus est.
נָסַק ascendit.
נָעַר Clausit.
נָעַם Jucundum esse.
נָעַר Excussit.
נָפַח Spiravit.
נָפַל Cecidit.

נָצָה volare.
נצח Piel נִצֵּחַ vicit.
נצל Niph. נִצַּל evasit, eripuit.
נָצַץ stillare.
נָצַר Custodivit.
נָקַב perforavit.
נָקָה purus fuit.
נָקַם ultus fuit.
נָקַע recedere, divelli.
נָקַף Concidit.
נשק Hiph. הִשִּׁיק accendere.
נָשַׁת periit, defecit.
נִתַּח Piel, divisit.
נָתַךְ Effusus fuit.
נָתַן dedit, permisit.
נשג Hiph. הִשִּׁיג attigit.
נָשָׁה oblitus fuit.
נָשַׁךְ Momordit.
נָשַׁל ejecit, extraxit.
נָשַׁף Flavit.
נָתַס destruxit.
נָתַץ diruit, destruxit.
נָתַק Avulsit.
נָתַר subsiliit.
נָתַשׁ Evulsit.

II.

LAMEDH NUN.

רָגַן Susurrare.
עגן Niph. נֶעְגַּן morari. differre.
Hinc עִגּוּן עוֹגֶן Anchora.
ערן Hithp. הִתְעַדֵּן oblectare se.
תָּכַן perpendit.
קָטֹן Parvum esse.
שָׂטַן odio habuit.
שָׁכַן habitavit.
תָּקַן ordinavit.
דָּשֵׁן pinguefactus fuit.
צָפַן Abscondit, reposuit.
סָכַן profuit.
שָׁמַן Saginari.

טָמַן Abscondit.
נִשְׁעַן Nihp. Inniti.
טָעַן oneravit.
כָּפַן Collegit.
זָקַן Senuit.
עָשַׁן fumavit.
שָׁתַן Hiph. הִשְׁתִּין mingere.

ℵ LAMEDH THAU.

בָּעַת Perterruit.
כָּרַת Abscidit, amputavit.
נָשַׁת Periit, defecit.
סכת Hiph. הִסְכִּית attendit.
עבת Piel עִבֵּת Contorsit.
צָמַת Excidit.
שָׁבַת quievit.
שָׁפַת ordinavit.

III.

AJIN GEMINATORUM.

אָפַף Circumdedit.
בָּדַד solitarius fuit.
בָּזַז Prædatus est.
בָּלַל Confudit.
הָלַל Insanivit.
הָמַם profligavit, quassavit.
התת, Piel, הוֹתֵת prava moliri, insidiari.
בָּקַק Evacuavit, exhausit.
בָּרַר Expurgavit.
בשש Piel בִּשֵּׁשׁ distulit.
גָּדַד turmatim concurrere.
גָּזַז resecuit.
גָּלַל volvit, devolvit.

גָּנַן protexit.
גָּרַר Concidit, secuit.
דָּבַב Loqui.
דָּרַר Attenuare.
הָמַם siluit.
דָּקַק Comminuit.
הָגַל Tegere.
כָּלַל Absolvit, perfecit.
כָּסַס Numeraviț.
כָּפַף incurvavit.
כָּתַת Tudit, contudit.
לָקַק Lambit, Linxit.
מָדַד dimensus fuit.
מָלַל Locutus est.
זָמַם Cogitavit.
זָקַק Effudit.
חָבַב dilexit.
חָגַג festum celebravit.
חָדַד Acuit.
חָלַל perfodi, saucium esse.
חָנַן Misertus fuit.
חָצַץ Excidit.
חָקַק Exaravit.
חָפַף Texit.
חָרַר Exarsit.
חָתַת Attritus fuit.
צִפְצֵף Piel Pipire.
צָרַר Colligavit.
hostiliter oppugnavit.
קָבַב Execratus est,
קָרַר Inclinavit.
קָלַל vilescere.
קִנֵּן Piel Nidificavit.
קָצַץ Amputavit.
מָסַס Liquefieri.
מָקַק Niph. Tabescere.
מָצַץ Expresit.
מָרַר Rebellis fuit.
מָשַׁשׁ Palpavit.
נָדַד Evagatus est.
סָבַב Circuivit.
סָכַךְ Texit, protexit.
סָלַל Aggeravit.
עָרַר Piel עוֹרֵר statuminavit.
עָזַז corroboravit.
עָתַר tempestivè locutus est.
פָּזַז Roborari.
פָּסַס defecit.
פָּתַר fregit.
צָחַח Candidum, nitidum esse.
צָלַל obumbrari.
קָרַר frigescere.
קָשַׁשׁ stipulas colligere.
רָבַב multum esse.

רָדַד

רָדַד Extendit.
רָכַךְ Molliri.
רָמַם Attolli.
רָנַן Cecinit.
רָסַס Aſperſit.
רָצַץ Conquaſſavit.
רָקַק deſpuere.
רשׁשׁ Püal. רֻשַּׁשׁ depauperari.
שָׁחַח Incurvavit.
שָׁלַל Spoliavit.
שָׁמַם deſolari.
שָׁנַן Acuere.
שָׂרַר principatum tenuit.
תזז Hiph. הֵתַז amputavit.
תָּלַל aggerare, accumulare.
תָּמַם Abſolvi.

IV.
QUIESCENTIUM
PE JOD

יָאַב deſideravit.
יָאַר Pulchrum eſſe.
יאל Hiph. הוֹאִיל voluit
יאש Niph. נוֹאַשׁ deſperavit.
יָאַת Acquievit.
יבל Hiph. הוֹבִיל attulit.
יָבֵשׁ exſiccatus fuit.
יגה Hiph. הוֹגָה mærore affecit.
יָגַע Laboravit.
יָגֹר Metuit, formidavit.
יָלַד generavit.
יָלַךְ ambulavit.
ילל Hiph. הֵילִיל ejulavit.
יָנָה vi oppreſſit.
ינח Hiph. הִנִּיחַ ſtatuit, collocavit.
יָנַק ſuxit.
יָקַד fundavit.
יָסַךְ Unxit.
יָסַף Addidit.
יָעַר Indixit.
יָרַד Jecit. ſed in hoc l.

maximè exercetur Anomalia Can. III.

יָרָה Jecit, projecit.
יָרַע scivit, percepit.
יָזַם Cogitavit.
יָחַר Adunatus fuit.
יִחֵר Piel, expectavit.
יָחַם Incaluit. coivit, concepit.
יחש Hithp. הִתְיַחֵשׂ Recenseri.
יָטַב Bonum videri.
יכח Hiph. הוֹכִיחַ arguit
יָכֹל Potuit, valuit.
יָצַת Exuri, Fut. תֵּצַת Esa. 9. 18.
יָקַד Ussit, arsit.
יָקַע Luxari, divelli.
יקף Hiph הקיף ambivit.
יָקַץ Evigilavit,
יָקַר Pretiosus fuit.
יָקַשׁ Laqueum tendit.
יָרֵא timuit, metuit.
יָרַד descendit.
יָרָה Projecit.
יָרַשׁ removit.
יָשַׁר Amicivit.
יעל Hiph. הוֹעִיל profuit.
יָעַף Lassus fuit.
יָעַץ Consilium iniit.
יָפֶה Pulchrum esse.
יפח in Hithp. anhelare.
יפע Hiph. הוֹפִיעַ Splenduit.
יָצָא Exivit.
יצב Hiph הִצִּיב statuit.
יצג Hiph. הִצִּיג statuit.
יצע Hiph. הִצִּיעַ stravit.
יָצַק Effudit, Fut. אֶצֹּק Effundam Esa. 44, 3.
יָצַר finxit.
יָרַשׁ declinavit.
יָרַע malum videri.
יָרַק Exspuit.
יָרַשׁ jure hæreditario possedit.
יָשַׁב sedit, mansit.
יִשֵּׁט Hiph. הוֹשִׁיט extendit.
יָשַׁם desolatus fuit.
יָשַׁן Dormivit.
יָשַׁע Hiph הוֹשִׁיעַ salvavit.
יָשַׁר Rectum videri.
יתר Hiph. הוֹתִיר Reliquit.

V.

QVIESCENTIUM

AJIN VAV, ET JOD.

אוּץ Urſit, feſtinavit.
אוֹר Lucere,
בּוֹא, venit, ingreſſus eſt.
בּוּז Sprevit.
בּוּךְ Niph. נָבוֹךְ perplexum eſſe.
בּוּן Intellexit.
בּוּס Calcavit.
בּוּשׁ Erubeſcere.
גּוּז Abſcidit.
גּוּחַ prodiit, duxit.
גּוֹר Exaltavit.
גּוּר Peregrinatus eſt.
גּוּף Hiph. הֶגִיף claudere.
דּוּג piſcari.
דּוּחַ Hiph. הֵדִיחַ diſpulit.
דּוּךְ Tutudit.
דּוּם Siluit.
דּוּן judicavit.
דּוּץ Exſilire.
הוּן Hiph. הֵהִין paratus fuit.
זוּב fluxit.
זוּד ſuperbivit.
זוּר Vile eſſe.
זוּעַ Movere.
זוּר Alienari.
חוּג circinnare.
חוּד ænigma loqui.
חוּל Parturivit.
חוּס Miſertus fuit.
חוּשׁ feſtinavit.
טוּב bonum eſſe.
טוּחַ oblevit.
טוּל Hiph. הֵטִיל dejecit.
טוּשׁ Volavit.
כוּל capere, continere.
כּוּן diſpoſuit, direxit.
לוּז Receſſit.
לוּט operuit.
לוּן pernoctare.
לוּעַ abſorberi.
לוּר habitare.
לוּשׁ trituravit.

מוּךְ attenuatum esse.
מוּל circumcidit.
מוּר Hiph. הֵמִיר mutare.
מוּשׁ Recessit.
מוּת mori, emori.
מוּק Hiph. הֵמִיק tabificum esse.
נוּא Hiph. הֵנִיא irritum fecit.
נוּב provenire.
נוּד Vagari.
נוּחַ Quievit.
נוּט Nutavit.
נוּם dormitavit.
נוּס fugit.
נוּעַ Movit se.
נוּף stillavit.
נוּף Hiph הֵנִיף efflоruit.
סוּךְ Unxit.
סוּף deficere, desinere.
סוּר discessit.
סוּת Hiph. הֵסִית Incitavit.
עוּב Hiph. הֵעִיב obnubilavit.
עוּג Placentas coxit.
עוּד Hiph. הֵעִיד testatus est.
עוּז Hiph. הֵעִיז congregare.
עוּף volavit, involavit.
עוּץ deridere.
עוּשׁ depsere.
עוּג dissolutus fuit.
עוּט dimotus fuit.
צוּד venatus est.
צוּם Jejunavit.
צוּף fluxit.
צוּק Coarctari.
צוּר obsedit.
צוּץ floruit.
קוּשׁ fastidivit.
קוּם surrexit.
קוּץ tædere.
קוּר Effodit.
רוּב Litigavit.
רוּד Dominatus est.
רוּם Altum esse.
רוּע malum esse.
רוּף quassare.
רוּשׁ pauperari.
רִיחַ Hiph. הֵרִיחַ odoratus est.
רִיעַ Hiph. הֵרִיעַ clangere.
רִיק Hiph. הֵרִיק Evacuavit.
שׁוּב Reverti.
שׁוּב Canescere.
עוּץ Consilium iniit.

עוּר

עוּר Evigilare.
עוּשׁ Coire, convenire.
פּוּג intermittere, ceſſare.
פּוּחַ Afflavit.
פּוּן Animi pendere.
פּוּץ ſpargi.
פּוּק Titubavit.
פּוּר diſrumpi.
פּוּשׁ Multiplicare.
שׁוּט ſtare.
שׁוּךְ ſepivit.
שׁוּם poſuit.
שׁוּעַ vociferare.
שׁוּף Contrivit.
שׁוּק Piel שִׁוֵּק appetiit.
שׁוּר cecinit.
שׁוּר principatum tenuit
שׁוּשׁ lætatus eſt.
שׁוּת poſuit.
תּוּר exploravit.

VI.

QVIESCENTIUM

LAMED ALEPH.

בָּרָא creavit.
בָּטָא Pronunciavit.
גָּמָא Abſorpſit.
דָּכָא Attrivit.
דָּשָׁא Herbaſcere.
חבא Hiph. הֶחְבִּיא abſcondit.
חָטָא Peccavit.
טָמָא Immundus fuit.
יָצָא Exivit.
כָּלָא clauſit, coercuit.
מָחָא Percuſſit.
מָלֵא plenum eſſe.
מָצָא Invenit, conſecutus eſt.
מרא Hiph. הִמְרִיא extulit ſe.
נשא Hiph הִשִּׁיא decepit.
סָבָא Ingurgitavit.
סָלָא Püal סֻלָּא æſtimari.
פלא Niph. נִפְלָא mirum eſſe.
צָבָא Militavit.

צָמָא

צָמֵא sitivit.
קָנָא Zelotypus fuit.
קָרֵא Vocavit.
רָפָא Sanavit.
שָׂנֵא odio habuit.

VII.
QVIESCENTIUM
LAMED HE.

אָבָה voluit
אָוָה desideravit.
אָלָה Exsecratus est, juravit.
אָנָה Luxit, in Piel occasionem præbuit.
אָפָה coxit.
אָרָה carpsit.
אָתָה venit.
בָּזָה Sprevit
בָּכָה flevit.
בָּלָה Veteraſcere, atteri.
בָּנָה ædificavit.
בָּעָה Bullavit.
בָּרָה Comedit.
גָּאָה altum esse.
גָּעָה Mugiit.
גָּרָה Piel miscere.
דָּאָה volavit.
חָזָה vidit.
חָיָה vixit.
חָנָה Castra metatus est.
חָפָה texit, operuit.
חָצָה dimidiavit.
חָרָה Exarsit.
חָשָׁה siluit.
חָתָה accepit.
טָחָה Piel jaculari.
יָרָה jecit.
רָגָה augeri, multiplicari.
רוּד Hithp. הִתְרוֹדֵד vagari.
רָחָה Impulit.
רָכָה attrivit se.
רָלָה extulit.
רָמָה similem esse.
שָׂגָה Meditari.
שָׂרָה Immisit.
שָׁגָה meditari.
שָׁמָה tumultuatus est.
שָׁסָה Piel; Silere.

הָרָה concepit.
זָכָה purus fuit.
זָנָה scortatus fuit.
זָרָה sparsit.
חָבָה Latitavit.
חָוָה Indicavit.
עָבָה densus fuit.
עָרָה Ornavit.
עָטָה operuit.
עָלָה Ascendit.
עָנָה Respondit.
עָרָה Nudari.
עָשָׂה fecit.
פָּרָה Redemit.
פִּכָּה Piel פִּכֵּה diffluere.
נִפְלָא Niph. פלא Separari.
פָּנָה Respexit.
יָאָה Pulchrum esse.
יָעָה Removit.
יָנָה Oppressit.
הִכְאָה Hiph. יאה Atterere.
כָּבָא Extingui.
כָּהָה caligavit.
נִכְוָה Niph. כוה Uri.
כָּלָה Consumi.
כִּנָּה cognominavit.
כָּסָה texit, operuit.
כָּפָּה subigere.

כָּרָה fodit, Effodit.
כָּשָׂה operiri.

לָאָה ægre ferre.
לָהָה insanire.
לָוָה Mutuò accepit.
מָחָה delevit.
מָנָה Numeravit.
הִמְסָה Hiph. מסה Liquefecit.
מָצָה Exsuxit.
מָרָה Rebellis fuit.
מָשָׁה Extraxit.
נָאָה Pulchrum esse.
נָוָה Inhabitavit.
נָזָה Aspersus fuit
נָשָׁה oblitus fuit.
סָלָה Prostravit.
סָפָה consumere.
פָּעָה exclamavit.
פָּצָה Aperuit.
פָּרָה fructuosus fuit.
פָּשָׂה Expandit.
פָּתָה persvasus fuit.
צָבָה intumuit.
עָרָה Quærere.
צָוָה Præcepit.
צָלָה Assavit.
צָעָה peregrinatus est
צָפָה speculatus est.

קָרָה

קָהָה obstupescere.
קָוָה exspectavit.
קָלָה Assavit.
קָנָה Emit, comparavit.
קָצָה succidit, præscidit.
קָרָה Evenit, occurrit.
קָשָׁה durum esse.
רָבָה Multum esse.
רָדָה dominari.
רָהָה timuit.
רָוָה Inebriare.
רָזָה Emaciavit.
רָמָה dejecit.
רָנָה sonuit.
רָעָה pascere.
רָפָה Remittere.
רָצָה Bene velle.
שָׁעָה demonstrari.
שָׁבָה Captivum duxit.
שָׁגָה Erravit.
נָהָה lamentatus est.
שָׁוָה æquari.
שָׁחָה Abjecit, prostravit.
שָׂחָה Natavit.
שָׂטָה declinavit.
שָׁלָה tranquillum esse.
שָׂכָה prospicere.
שָׁנָה Iterare.
שָׁסָה diripuit.
שָׁעָה Respexit.
שפה Niph. נִשְׁפָּה excelsum esse.
שקה Hiph. הִשְׁקָה potum præbuit.
שָׁרָה solvere, emittere.
שָׂרָה Principem esse.
שָׁתָה bibit, ebibit.
תָּאָה determinare.
תִּוָּה designare, describere.
תָּלָה suspendit.
תָּנָה Mercede conduxit.
תָּעָה errare.

Caput VII.

De Punctorum mutatione, quæ sex fundamentis (vocabulô Technicô

יִרְט

יִרְדֵּיטְעָאט. ceu in nuce, præfiguratis) artificiosissimè includi potest.

Can. I. Kamez & Zere (*a*) Antepenultimæ (*b*) puræ (*c*) & non originales in Schva mutantur.

Ut דְּבָרִים à דָּבָר verbum, sic לְבָבוֹ cor ejus, à לֵבָב. Studiò adjeci tres limitationes, ne hæc Regula falsitatis arguatur, ceu in Philosophicis Regula: qualis Causa, talis effectus, si illimitate exhibeatur, Regulæ naturam amittit. E quibus simul intelligitur, cur in פָּקַדְתָּ Kamez sub prima Radicali in Schva non mutetur, non enim est antepenultimum, deindè cur in פֵּרַשְׁתֶּם Zere sub prima Radicali in Schva non mutetur, est enim vocalis impura, quia includit D.F. è Resch exclusum. Perperàm verò vulgò hùc trahitur locô exempli מֵישָׁרִים, quandoquidem hæc vox non crevit, est enim pluralis Numeri tantùm, proindè hoc Zere est originale, uti Kamez in voce אָנֹכִי, quod propterea etiam non mutatur in Schva.

Exc.

a) Kamez antepenultimum manet in sequentibus, scil. שָׁלִשִׁים tribuni, ne confundatur cum שְׁלִשִׁים tertiani, sic שָׁבֻעוֹת, septimanæ, Exod. 34, 22.

b) In

b) In sequentibus Kamez sub secunda Radicali vocis trisyllabicæ dageschata etiam non mutatur, ut בַּקָּשָׁה petitio, בַּקָּרָה agnitio. Quia vero hanc exceptionem restrinxi ad certa vocabula, ideò non opus est, ut rursus sequentia מַשָּׂאָה, מַתָּנָה, שִׁגָּיוֹן excipiam.

c) Ante וֹת & יֹת. Nominum à Verbis Lamed He descendentium Kamez manet, ut in גְּלוּתִי à גָּלוּת.

d) Kamez sub Mem in vocibus ab Ajin Gem. ortis etiam est immutabile, ut in מָגִנִּי à מָגֵן clypeus, exceptô מָחוֹל. Lege vocales impuras p. 17. suprà.

e) Sequentia etiam retinent Kamez Antepenultimum, ut קָטְבֵךְ exitium tuum, Hos. 13, 4. à קָטֹב, קָטָנִי 1. Reg. 12, 10. à קָטֹן parvus, sic הָרֹן, Gen. 3, 16. Cætera usu addiscenda sunt.

f) Rarò Zere impurum mutatur in Schva, ut שִׁתּוֹתֵיהֶם à שֵׁת nates, 2. Sam. 10, 4. Speciale est נֵאָרִים maledicti, quod Zere purum retinet.

Can. II. Zere finale purum in Polysyllabis, & Monosyllabis à Verbis Ajin gem. non deductis in vocis incremento in Schva corripitur.

ut

Ut פְּקֻרִים à פֹּקֵד visitans, sic שְׁמִי nomen meum à שֵׁם, quanquam in Plurali Absol. Zere modo retinet, modo in Schva vertit. Sic אֵלְכָה ibo ab לְכָה, אֵלֵךְ ambula à לֵךְ. Notanter verò dixi (a) à *Verbis Ajin gem. non deductis*, quia Zere nominis defectivi à Verbo gem. ad Fund. III spectat (b) *purum*, quia si est impurum, tunc est immutabile, ut in עֵדִים testes ab עֵד, includit enim implicitè literam quiesc. Vav.

Exc.

a) Zere finale manet, quando istud præcedit Schva, sive simplex, sive compositum, ut זְקֵנִים, Malach. 3, 1. Esa. 20, 4.

b, Sic & in sequentibus manet, scilicet עַטַלֵּפִים vespertiliones, Esa. 2, 20. Exod. 28, 40.

c) Frequenter etiam Zere finale non mutatur in Participio nonnullorum Verborum, v gr. מְגָרֶה perditè agens, Jerm. 3, 8. יֹלֶדֶת parturiens Mich. 5, 2. בְּעֹרֶת, Esa. 34, 9 Coll. Cant. 1. 6. Exod. 23. 26. Hos. 4. 16. VII. 5. Nolo verò sequentem limitationem, *post Syllabam compositam*, meam facere, quia vix ac ne vix quidem rigido Adversario satisfaciet. Præterea perperàm à nonnullis sequentia hùc trahuntur, scil. מְשֻׁבָּרִים, רְבָעִים & שְׁלִשִׁים quartani, Exod. 20, 5. cùm prius non sit à מַשְׁבֵּר, sed à מִשְׁבָּר, in duobus

verò posterioribus Zere non sit finale. *Ais:* Ast in Singulari est finale, quod sufficit. ℞. Singularis non datur. Provoco ad totius sacri codicis *αὐτοψίαν*. Jam verò non Entis nullæ sunt Affectiones. Consule Lexica.

d) הַמִּזְלָגוֹת fuscinas, Exod. 38, 3. à מַזְלֵג, & מְרֵעִים sodales, Jud. 14, 11. à מֵרַע, sed si hoc retuleris ad Radicem רוּעַ, tunc Zere finale erit impurum; Ast סַנְסִנִּים palmites Gen. 19, 11. à סֵנְסֵן palmes analogicè ad III. Fund. referri potest.

e) בֵּן Filius in Plur. Absol. & cum suffixis levibus Zere in Kamez mutat ut בָּנֶיךָ, בָּנִים. Sic etiam עֵץ lignum suum Zere in Plur. in statu abs. & affixionis retinet.

Obs.

a) Hùc incongruè à nonnullis refertur שֶׁתּוֹת fundamenta, cum non sit à שֵׁת nates, sed potius sit Plurale tantùm. Ergò nulla mutatio fingenda.

b) Pro Zere finali in Hiphil ante suffixa altera terminatio in (יִ) assumitur, ut וְהִפִּילוֹ & dejiciet eum, Deut. 25, 2. vid. p. 122.

Exc.

Exc.

Sequentia v. gr. תַּעְשְׁרֶנָּה ditabit eam, Ps. 65, 10. לְהַפְרְכֶם, Levit. 26, 15. יְפֵרֶנּוּ infringet illud, Num. 30, 14. sic הַזְכַרְכֶם, Ezech. 21. 24.

Can. III. Sægol ultimum in singulari tantùm in vocis incremento; Ast Sægol penultimum, (pro quo interdum est Zere aut Schva) si adest, in utroque Numero transit in Schva; In Plurali verò Sægol ultimum in Kamez mutatur.

Ut קִבְרוֹ pro קִבְרוֹ à קֶבֶר sepulcrum in Plurali קְבָרִים legitur. Dualis verò retinet formam singularis. Probè verò observes, (a) quod pro Sægol ult. & penult. aliquando occurrat Patach vicarium ob mediam vel ultimam guttur. ex Fund. IV. quod eodem modo, ceu Sægol, in Schva, aut Kamez mutatur, v. gr. נַעַר, in plur. נְעָרִים pueri. (b) In Nominibus formæ (ֶ ֶת) in Plurali Sægol pen in Kamez transit. (c) quæ in pen. Zere aut Schva habent, eodem modo mutantur, ut סִפְרְךָ à סֵפֶר, sic שִׁכְמוֹ humerus ejus, à שְׁכֶם.

Exc.

Sequentia, scil. פִּלַגְשִׁים concubinæ, 2. Sam. 5, 13.

5, 13. à פִּלֶּגֶשׁ. Deindè duo (ֶ) penult. in Patach mutant sequente D.F. scil. אֲדַמְדַּמּוֹת subrubidis, Levit. 14, 37. ab אֲדַמְדֶּמֶת, & יְרַקְרַקּוֹת subvirides loc. cit. à יְרַקְרֶקֶת. Deniq́ue בְּהֹנוֹת pollices, Jud 1, 6. à בֹּהֶן, נְגֹהוֹת lumina, Esa. 59, 9. à נֹגַהּ. Hùc non referas נְכֹחוֹת rectitudines, Esa. 26, 10. cum non sit à נֹכַח, sed à נָכֹחַ. Quò spectant sequentia: כֻּתֳּנוֹת Tunicæ, Exod. 28, 40. à כֻּתֹּנֶת, sic שִׁבֳּלִים עִשְׂבוֹת ab עֵשֶׂב herba, אֹרְחוֹת semitæ ab אֹרַח pro אֹרְחוֹת Ps. 119, singularis formæ est חֲרִיטִים à חֶרֶט Sculptorium.

Not.

a) Hùc referri possunt Nomina formæ שִׂמְחָה, עֶלְמָה, & עֶבְרָה, quæ in Plur. habent hanc formam: שְׂמָחוֹת, עֲלָמוֹת, עֲבָרוֹת. *Unô Verbô: si in Singulari conceperis formam* שֶׂמֶח, עֶלֶם, עֶבֶר, *melioris doctrinæ gratia, tunc totum negotium erit confectum.* Ejusdem farinæ sunt sequentes formæ, scil. חֵטְא, נֵדְדְּ, & קֵשְׁטְ contractè pro חֵטֶא peccatum, נֵרֶד, & קֹשֶׁט.

b) κατ' ἀναλογίαν hùc refer sequentia: שְׁוָקִים Cant. 3, 2. à שׁוּק, resolutô Schureck in Vav mobile, & Kamez, & applicatô principiô de sede nativa ⁊ Schva, ut & גֵּיאָיוֹת à sing. גֵּיא vallis.

Can. IV. Holem penultimum in voce Milhel corripitur in Kamez chatuph (rarò

(rarò in Kübbuz, Pſ.150, 2.Reg.25,13. Thren.3,7. Jerm.4, 7.) ſi ſequitur Schva; Aſt ſi ſequitur Kamez, ut in Plurali, mutatur in Schva, aut (ֲ) ordinariè ſub Gutturali, rarò ſub non-gutturali.

Ut קָדְשִׁי ſanctitas mea, à קֹדֶשׁ. Ita קָמְצִים, Gen.41, 47. à קֹמֶץ manipulus, חָדָשִׁים, Exod.12,2. menſes חֳדָשִׁים pro חָדָשִׁים 2. Chron.13, rarò legitur (ֳ) ut אִמְרֵי eloquia mea, Pſ. 5, 2.

Exc.

a) In ſequentibus Holem manet interd. ſcil. אֹחָלִים Gen.25, 26. pro אֲחָלִים, פֹּעֲלוֹ pro פָּעֳלוֹ, Eſa.1, 31 à פֹּעַל, ſic אֹרְחוֹת ab אֹרַח.

b) Singularis Anomaliæ eſt שָׁרָשָׁיו Radices ejus, Job. 18, 16. pro שָׁרָשָׁיו, dum Hateph Kamez ſua puncta amiſit, quæ aliàs nunquam deponit, à שֹׁרֶשׁ Radix.

Not.

a) Hùc non ſpectat Participium in Kal Verborum Quieſcentium גֹּלֶה, ut גָּלֹה quia Tonus non eſt in Penultima.

b) Nomina formæ פְּרִי, & יְפִי naturam Nominum formæ מֶלֶךְ induunt, dum (ִ) ult. in Schva in incremento mutatur hoc modô: פְּרִיוֹ

פִּרְיוֹ fructus ejus, יָפְיוֹ ornatus ejus, vel *uno Verbo: In Nominibus formæ* פִּרְיוֹ *si transposueris puncta, tunc non indigebis tàm prolixo Analyseos processu.* NB. Nomina formæ עֲרִי habent hanc formam in incremento עָרְיוֹ pro עֲרִיוֹ, *Sed verbo: si conceperis* pro (_)(_), *tunc omnis difficultas tollitur.* Quam formam etiam imitantur sequentia, scil. מְרִי & שְׁבִי, dicitur enim מָרְיְךָ, & שָׁבְיְךָ. Ast פְּרִי ante suffixa gravia ut plurimùm hanc formam sustinet, פִּרְיָן, fructus earum, Jerm. 29, 28. & וּפִרְיְכֶם & fructum vestrum, Ezech. 36, 8. In Plurali verò eandem formam cum Nominibus formæ מֶלֶךְ suscipiunt, v.gr. גְּדָיִים hædi, 1.Sam. 10, 3. à גְּדִי. Quò referas לֶבְאִים à לָבִיא & עָרִים, & עֲיָרִים ab עִיר urbs. Exc. כְּלִים vasa, à כְּלִי Exod. 22, 7.

Can. V. Holem Nominum finale modò in Kamez (*a*), modò in Schva (*b*) mutatur.

a) Scilicet in sequentibus יָמִים à יוֹם dies, רָאשִׁים à רֹאשׁ caput, אֲנָשִׁים ab אֱנוֹשׁ homo, חֲוָחִים, Spineta, 1.Sam. 13, 6. à חוֹחַ spina, שְׁוָרִים à שׁוֹר bos, שְׁוָקִים à שׁוּק platea, מְרָנִים à מָרוֹן contentio à רוּן litigavit.

b) Ut קָרְקֳדוֹ Job. 11, & קָדְקֹד à קָרְקֹר vertex, sic אַרְמְנוֹת palatia ab אַרְמוֹן. Sed in seqq. Holem modò in _chatuph, modò in (_) abit, ut קָטְבְּךָ

קָטֹב à קֶטֶב exitium, צִפֳּרִים à צִפּוֹר passer.

Exc.

מִקְנֵיכֶם pro gregibus vestris, Num. 32, 24. quod Holem retinet cum transpositione ת Aleph cum Nun.

Can. VI. In Nominibus formæ מָוֶת, & בַּיִת puncta in Incremento contrahuntur in unum, scil. Sægol & Kamez in (ô) & Hireckp. & Patach in Zere.

Ut מוֹתָם mors sua, pro מָוְתָם, 2. Sam. 1, 23. sic בֵּיתוֹ domus sua, Gen. 12, 17. pro בַּיְתוֹ. Necessaria autem est hæc contractio, quia aliàs in principia de Syllabæ constitutione peccaremus. Nec est, quòd quis reponat, nullum vitium Committi, si in מָוְתָם penultima Accentu Tonicô esset adfecta, quia tunc hæc vox ita legatur, Mavætha, non mavætham, quandoquidem vocalis longa cum sua consona constituit Syllabam; Ergo necessariò Kamez ult. ad se trahit Tonum: Hoc incommodum quidem in בֵּיתוֹ non esset metuendum, si Tonus relinqueretur in penultima: Ast tunc unum absurdum ex alio sequeretur, quia Patach sub Beth ex se & suâ naturâ cum sua consona non posset absolvere Syllabam.

Exc.

a) Quando accedit He Parag. tunc Hireckp. sub Jod in Schva transit, ut בַּיְתָה, pro בֵּיתָה, sic לַיְלָה à לַיִל nox.

b) Vox בַּיִת in Plur. Abs. Regimine, & cum suffixis levibus, & gravibus habet Kamez sequente D. F., scil. בָּתִּים, בָּתַּי, & בָּתֶּיךָ, abjectô insuper Jod ex Speciali Anomalia. Quò refer עֵינוֹת ab עַיִן oculus חֲיָלִים à חַיִל robur, שְׁיוֹתָיו à שַׁיִת vepres, תְּיָשִׁים hirci, arietes, Gen. 30, 35. à תַּיִשׁ.

c) Vox עָוֶל iniquitas cum suffixo Sing. hanc habet formam עַוָלוֹ, Ezech. 18, 26. pro עוֹלוֹ.

Can. VII. Patach finale in Verbo Finito ad Suffixa levia in Kamez mutatur; Ast in Infin. Kal in Schva transit, ut & ante ה & ו parag. in Fut. & Imp. Kal.

Ut פָּקְדָם visitavit illos, יִשְׁמָעֵנִי audiet me, Exod 6. 12. à יִשְׁמַע, sic שְׁמָעֵנִי audi me, Gen. 23, 7. à שְׁמַע audi. In Infinit. לִבְקָעָם ad discindendum eos, 2. Chron. 32, 1. à בָּקַע, sic in Fut. Kal וְנִשְׁמָעָה, & audiemus, 2. Sam. 17, 5. קָחָה accipe, à קַח, Gen. 15, 9. excepto הָבָה, pro חָבָה da, Gen.

Gen. 47, 15. Ita תִּשְׁמְעוּן, auſcultabitis, Devt. 7, 12.

Exc.

In nonnullis Patach in Schva mutandum mutatur in Kamez, ut יִשְׁאֲלוּן, manente Tonô in ultima. Coll. Ruth. 2. 8. Devt. 1, 17. Pſ. 4, 3. aliquando in punctum originale redit, ſcil. Holem, aut Zere, ut in יַעַבְרוּן tranſibunt, Pſ. 104, 9. Ruth. 2, 9. Devt. 4, 26.

Not.

a) Hùc refer Schva ortum ex Patach in Imperat. Kal, quod in Kamez mutatur, redeunte deinde Schva ordinariô ſub prima radicali, ut שִׁמְעוּנִי audite me, Gen. 28, 8. à שְׁמַע.

b) Hùc etiam transfer Patach Nominale, quod interdum in Schva tranſit, ut in חַיַּת à חַיָּה, Gen. 1. cum Vav paragogico, aliquando etiam in Kamez vertitur, ut in ſequentibus, ſcil. עַל, עַר, שַׁד mamma, & שַׂר princeps, אַרְבָּעָה quatuor, ab פָּרִים, אַרְבַּע à פַּר juvencus, ſic כָּרִים à כַּר agnus, paſcuum.

Can. IIX. In 3. Fæm. Præter. ut & in tertia Pluralis in Kal prius puncta transpone, & deinde adde Suffixa.

Ut פְּקָרָתָם visitavit illos, à פָּקַרָה, sic in 3. plur. פְּקָדוּךָ visitarunt te, à פָּקַד. Quâ regulâ ita informatâ aliis regulis facilè supersedere possumus, quas Grammatici aliàs nobis hîc obtrudunt. conf. p. 67. 68.

Exc.

Si Radix desinit in Holem, aut Zere, tunc transpositio negligitur, & hæc puncta in 3. plur. manent, mutatô Kamez sub prima Radicali in Schva ex Can. I. in Fund. I. ut. יְכָלוּךָ pro יָכְלוּךָ, à יָכַל potuit, sic שְׂנָאוּנִי oderunt me, Ps. 25, 19. à שָׂנָא.

Can. IX. Holem Futuri in Kal ante Suffixa non Schvata, & He paragogicum corripitur in Schva; Ast ante Suffixum Schvatum mutatur in Kamez chatuph.

Ut יִפְקְדֵנִי visitabit me, 1. Sam. 20, 7. à יִפְקֹד, אֶשְׁמְרָה custodiam Ps. 39, 2. sic יִשְׁמָרְךָ is custodiet te, Ps. 121, 7. à יִשְׁמֹר. Probè verò h. l. distinguendum est inter *Suffixum non Schvatum, & Schvatum.* Illud est tale Suffixum, quod nullum Schva præmittit, Hoc verò aliquod Schva præmittit, ut ךָ, כֶם, הֶם:, &c. Quâ distinctione observatâ, facilè te ex multis difficultatibus extricabis.

Exc.

Exc.

a) תִּשְׁמוֹרֵם custodiet eos, Prov. 14, 3. pro תִּשְׁמְרֵם, positô Schureck pro Schva ex Speciali Anomalia. Ejusdem furfuris sunt sequentia, scil. תַּעֲבוּרִי transeas, Ruth. 2, 8. pro תַּעֲבְרִי, & וַאֲנוּשָׁה, & dolui, Ps. 69, 21.

b) Nonnulla pro ָchat. habent Kamez longum, cujus rei indicium est adjectum Mæthægh, v.gr. יִפְגָּשֵׁךְ occurret tibi, Gen. 32, 17. Coll. Cant. 8, 2. Hos. 4, 6.

c) Aliquando pro Schva simplici ex Holem est (ֻ) sub non gutturali, ut אֲצֻרָנָה, Ps. 119, 33. pro אֲצַרְנָה sic אֶשְׁקֻטָה quiescam, Esa. 18, 4. Conf. omninò Esr. 8, 25. Jerm. 32, 8. Esa. 29, 4. Num. 35, 20. Ezech. 7, 23. Hos. 19, 10. Obs. quomodo Holem in Ajin gem. mutetur, vid. Can. II. in Verbis Anomalis.

Can. X. Holem Infinitivi & Imperativi in Kal corripitur in Kamezchatuph, quod deindè transponitur cum Schva primæ Radicalis, si ultima non est Schvata.

Ut בִּלְמֹדִי in discere me, i. e. cum didicero, Ps. 119, 7. בְּקָרְבִי visitato me, Ps. 116, 4. sic עָזְבָם dere-

derelinquere eos, Jerm. 9, 12. ab עֲזֹב. Studiô adjeci hanc limitationem, *si ultima non est Schvata*, quia si ultima Radicalis habuerit Schva, tunc quidem Holem in ָchatuph mutatur, sed absque ulla transpositione, v. gr. לִשְׁמָרְךָ custodire te, Exod. 23, 20. Ps. 91, 11.

Exc.

a) Duo hanc formam habent scil. בּוֹשַׁסְכֶם conculcare vos, Amos. 5, 11. & בְּמֹצַאֲכֶם in inveniendo vos, Gen. 32, 19. pro בְּמָצְאֲכֶם.

b) Tria pro ָchat. habent Kamez longum, quod indicat additum Mæthægh, ut עֲמָרְךָ stare te, Obad. 1, 11. מִיָּרְדִי à descendere me, Ps. 30, 4. רָדְפִי persequi me, Ps. 38, 21.

c) כְּקָרָבְכֶם secundum accedere vos, Devt. 20, 2. pro כִּקְרָבְכֶם.

Not.

a) Quod si secunda Radicalis fuerit gutturalis, tunc pro Schva simplici assumitur (ֲ); ut בָּחֳרִי eligendi me, Ezech. 20, 5. Ruth. 3, 13.

b) Transpositio ante suffixa secundæ personæ, ךָ, כֶם, & כֶן nunc instituitur, nunc verò negligitur, ideò possum dicere: פְּקָדְךָ & פָּקְדְךָ.

c) Pro

c) Pro transpositio ֲchat. quandoque est Kübbuz, ut בְּקָצְרֵךְ in metendo te, Lev. 23, 22. pro בְּקַצְרֵךְ.

d) Semel pro ֲchat. est (ַ), ut נִצְרָה pro נַצְרָה custodi illam, Prov. 4, 13., & semel (ַ) pro eo sequente rursus (ָ) ut מַחֲאֵךְ pro מָחֲאֵךְ complodere te, Ezech. 25, 6.

e) Schva in 2. Masc. plur. Imperat. ex Holem ortum partim manet, ut פָּקְדוּנִי, partim in (ְ) abit, ut קִרְאֻהוּ, Esa. 55, 6. pro קְרָאוּהוּ Job. 21, 3. sic שְׁאוּנִי à Sing. שָׂא. de וּמְצָאֻהוּ invenient eum, Job. 20, 8. vid. p. 73.

f) Rarò pro ֲchat. est (ָ) in Infinit. cum He paragogico, ut בְּחַטְאָה in peccando ipsam, pro בְּחַטְאָהּ Num. 15, 28. Coll. Job. 33, 5.

g) Rarò Holem in Schva transit cum He paragogico, ut מְכָרָה vende, Gen. 25, 31. Coll. Devt. 6, 24.

Not.

Legitur etiam hæc Transpositio ante Augmenta Asyllabica, (ו.) & (ו) ut מָשְׁכוּ trahite, pro מְשָׁכוּ, Ezech. 32, 20. sed קָסֻמֵי melius ex Masora solves, 1. Sam. 28, 8. Coll. Jerm. 6, 30. c. 22, 20. Esa. 44, 27.

OB

II.

OB REGIMEN.

Can. I. Nomina formæ מָוֶת & בַּיִת ob Regimen patiuntur punctorum Contractionem, scil. (ָ) & (ַ) in (ְ), deinde (ָ) & (ַ) in Zere.

Ut מוֹת יְשָׁרִים mors rectorum, Num. 23, 10. sic מְבֵית אָבִי, Gen. 24, 7.

Obs.

Analogicè hùc referri possunt sequentia: חֲיֵי sufficientia, Levit. 5, 7. à חַי, & חַי, v. gr. חֲיֵי נַפְשְׁךָ per vitam animæ tuæ, i.e. vivit anima tua 1. Sam. 1, 26. à חַי vivens, Anima.

Exc.

Nomen עָוֹל in Regimine hanc formam habet, עֶוֶל Ezech. 28, 18.

Can. II. Kamez, & Zere ultimæ ob Regimen in Patach mutantur.

Ut וּבְמוֹשַׁב & in sede derisorum Ps. 1, 1, à מוֹשָׁב, sic כֹּבַד פֶּה gravis ore, Exod. 4, 10. à מוּסַר castigatio Dei, a כָּבֵד Ita מוּסַר אֱלֹהִים מִשְׁעַן

מִשְׁעַן לֶחֶם baculus panis. Intelligenda autem est Regula tantum de vocalibus puris.

Exc.

a) Sequentia duo חֲלָב lac, & לָבָן albus, pro Kamez ultimo in Regimine habent Zere, scil. חֲלֵב, לְבֵן.

b) הֲבַל vanitas Zere ultimum in Regimine retinet.

c) Sequentia, שְׁאָט depopulatio, & שְׁאָר reliquiæ, quæ Kamez ultimum retinent in Regimine.

d) יָרֵךְ femur in Regimine habet יֶרֶךְ, Gen. 24, 9. ad differentiam יָרֵחַ Luna, quod habet יֶרַח.

e) Hùc non spectant Nomina formæ מָגֵן ab Ajin geminatis.

f) Sequentia IV אָבֵל, חָמֵשׁ, נוּן, עָקֵב, quæ Zerè ult. retinent in statu Constructo.

g) Notabilem formam habent sequentia, scil. אָב pater, אָח frater, & חָם socer, dum (_) non tantùm in (_) mutatur, sed insuper etiam assumitur (י) in fine: אָבִי, אָחִי, & חָמִי.

h) בֵּן, quod in Regimine habet בֶּן, & בֵּן filius.

Not.

Not.

Mirabilem habent formam in Regimine sequentia duo, scil. שְׁנַיִם, & שְׁתַּיִם, si construantur cum עָשָׂר & עֶשְׂרֵה, dum in Regimine Mem in fine assumunt, inde legitur שְׁנֵים עָשָׂר duodecim, in Fæm. verò שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה. Rarò forma ordinaria occurrit, שְׁנֵי & שְׁתֵּי.

Can. III. Nomina formæ (ה ֶ) in Regimine hanc formam induunt (ה ַ)

Ut מִקְנֵה צֹאן possessio ovium, Gen. 26, 14. ab Absol. מִקְנֶה.

Exc.

Vox פֶּה os in Regimine habet פִּי, ut פִּי צַדִּיק os justi, Ps. 37, 10. quæ forma etiam statui Affionis est communis, ceu supra docuimus.

Obs.

Rarò hæc forma (ה ֶ) etiam in statu Constructo manet, ut רֵעֶה הַמֶּלֶךְ amicus regis, 1. Reg. 4, 5. Coll. Jerm. 17, 18.

Can. IV. Kamez, & Zere puræ in penul.

penultima Syllaba non-accentuata in Schva mutantur.

Ut דְּבַר יְהוָה verbum Domini, Jerm. 1, 4. ab absol. דָּבָר, sic לְבַב אֱנֹשׁ cor hominis Ps. 104, 15. ab Absol. לֵבָב. Studiô dixi, in *penult. non Accentuata*; quia Nomina formæ מָוֶת ad Can. I. Spectant.

Exc.

a) In voce כִּימֵי sicut dies, Devt. 11, 21 Kamez penult. impurum in Schva est mutatum, ab Absol. יָמִים, à sing. יוֹם; Ita & in sequentibus; scil. דַּכְּאֵי contritos, Ps. 34, 19. à דַּכָּא, צִבְאוֹת exercitus. Exod. 12, 41. à צָבָא, צַוְּארֵי Esa. 10. 24. à צַוָּאר. Quò refer etiam דָּתֵי jura, Esth. 3, 8. à דָּת, מִתּוֹשָׁבֵי ex inquilinis, 1. Reg. 17, 1. à תּוֹשָׁב incola, sic מַעְבָּדֵיהֶם facta eorum, Job. 34, 25. coll. Eccl. 9. 1. Levit. 26, 30 cap. 7, 38. in שָׂרֵי principes à שָׂר & הָרֵי ab הָר mons (ָ) est impurũ.

b) חַטָּאֵי peccata. à חַטָּאִים, דּוּדָאֵי a דּוּדָאִים flores amabiles, צֶאֱצָאֵי à צֶאֱצָאִים propagines.

Not.

a) In sequentibus Kamez manet, scil. in בַּקָּרַת Ezech. 34, 12. הַכָּרַת agnitio, Esa. 3, 9. בַּקָּשַׁת, אִכָּרֵיהֶם agricolæ ipsorum Esa. 61, 6. ab אֵכָּר

מַטָּעֵי plantationes, Mich. 1, 6. חָרָשִׁי fabri, 2. Sam. 5, 11. à חָרָשׁ, מִקְרָאֵי à מִקְרָא, & litera Præformativa מ in Nom. defectivis a verbis Ajin gem. si excipias מָחוֹל chorus, quia est Impurum. Lege cap. I. de vocalibus impuris. p. 17.

b) Sequentia Zere penultimum retinent in regimine scil. צֵאָה stercus, צֵעָה sudor, נֵכָר alienigena, תֵּבָה arca.

c) Ut & hæc: גְּזֵרָה decretum, גְּזֵלָה rapina, שְׂרֵפָה incendium, בְּרֵכָה, תְּאֵנָה ficus.

d) Zere in sequentibus sub litera Dageschata manet, scil. מַגֵּפָה plaga, Zach. 14, 15. מַסֵּכָה fusio, Esa. 30, 22.

e) צַלַּע Costa in Regimine habet צֶלַע Vox שֶׁבַע septem in Regimine (ַ) in Schva vertit שְׁבַע.

(F. III.) Can. I Ob Dageschforte (*A*) aut Inclusum, ut in Nominibus Monosyllabis, & bisyllabis ab Ajin geminatis ortis, si crescunt, ob quod præcisè prævia vocalis longa in brevem mutatur, scil. (ָ) in (ַ), (ֹ) in (ָ), Holem in ָchat. sæpius tamen in Kübbuz.

Ut בְּלִבְּךָ in animum tuum, Prov. 2, 10. עֻזִּי Psalm. 59, 10. ab עֹז sic מָגִנִּי clypeus meus

meus à מָגֵן. Notanter dixi, *præcisè*, quô terminô tacitè innuo distinguendum h. l. esse inter fundamentum proximum, & inter fundamentum remotum; Illud h.l. maximè attenditur, quia proximè & præcisè ob D. F. inscriptum puncta mutantur, ut verò D. F. possit inscribi, primò vox crescat, quod Incrementum fundamentum remotum voco.

Indè patet, quod ad hoc Fundamentum propriè, per se, & directè spectent omnia Nomina defectiva, si crescunt, id quod hisce verbis: *ab Ajin geminatis ortis*, significare volui.

Not.

a) Analogicè tamen, & indirectè etiam hùc referri possunt sequentia, scil. וְאַלְמֹו. Ezech. 41, 15, ab אוּלָם, porticus, vestibulum, וְאֵילַמָּיו, Ezech. 40, 21. ab אֵילָם, idem, וְאִתְּנָנָה & merces ejus, Esa. 23. 18. ab אֶתְנָן merces meretricia, à גַּגּוֹ tectum ejus, Exod. 30, 3. à גַּגֹּתָיו, 1 Paral. 28, 11. à גַּנְזָךְ Gazophylacium, גְּמַלִּים Gen. 24, 10. à גָּמָל camelus, וְכֻמְנָם Esth. 9, 27. à זְמַן tempus, לְשַׁדִּי Ps. 32, 4. à לָשַׁד humor calidus, per quem homo vivit, כְּמַחֲשַׁכִּים, Ps. 88, 7. à מַחְשָׁךְ tenebræ מְרַחֲקִים, Jerm. 8, 19. à מֶרְחָק longinquitas, מְשֻׂגָּבִי, Ps. 59, 10. à מְשֻׂגָּב munitio: Ast נִכְבָּד honoratus utramque admittit formam נִכְבָּרִים, & נִכְבָּדִים, עַקְרַבִּים Num. 34, 4. ab עַקְרָב scorpio, קְטַנִּים 2. Reg. 2, 23. à קָטָן parvus,

vus, בְּשַׁבְתּוֹ, שַׁאֲנָן, וְשַׁאֲנַנְךָ 2. Reg. 19, 29. à שַׁבָּת Sabbathum, requies, Num. 28, 10. קָטְנִי, 1. Reg. 12, 10. à שֵׁשׁ, שִׁשָּׁה, Gen. 30, 20. à sex, חֲמִשָּׁה, Gen. 47, 2. quinque à וְכַרְמְלוֹ, חָמֵשׁ 2. Reg 19. 23. à כַּרְמֶל arvum. Nec non sequentia: עֵרֻמִּים, Gen. 3, 7. ab עוּרִים. Coll. Hos. 2, 3. עֲמֻקִּים Prov. 18. 4. ab עָמֹק profundus, קָרְדֻּמוֹ 1. Sam. 13, 20. à קַרְדֹּם securis, אֲרֻמִּים, 2. Reg. 3, 22. ab אָדֹם rufus, כַּרְכֻּמִּים, à כַּרְכֹּם crocus, נְקֻדִּים Gen. 30, 39. à נָקֹד punctatum, עֲגֻלּוֹת 1. Reg. 7. 31. ab עָגֹל rotundum. *Dicis:* cur omittis sequentia, quæ vulgò etiam ad hanc classem solent referri, cujusmodi sunt: מַעֲמַקִּים profunditates מַרְבַדִּים, אַשְׁמַנִּים tapetes lectorum, מַשְׁאֲבִים hauſtra, מִשְׁבַּתִּים cessationes, עֲצֻבִּים terricula. *R.* Perinde, ac si quærerem: Mopsus ad quam classem Artificum sit referendus, an typographorum ordini veniat accensendus, an verò aurifabrorum ordini, cum sit Idiota; Ita quia in adductis Nominibus nulla punctorum mutatio contigit, absurdum esset ea ad distinctam classem, scil. ad III. Fund. referre. Nec est, quòd quis regerat, in singulari adesse Kamez, quod in Plur. in Patach sit mutatum, cum ne vola, nec vestigium Singularitatis in Scriptura appareat. Provoco ad Concordantiarum *αὐτοψίαν*!

b) Notatu digna sunt sequentia, in quibus etiam (ו-), aut alia brevis vocalis rursus ut plurimum

rimum in (_) mutatur, ut מִפִּתְּי de buccella ejus, 2 Sam. 12, 3. à פֶּתֶם limen ſuum, Ezech. 43, 8. à סַף pelvis, צִדִּי latus ejus, à צַד בְּמִסְבּוֹ in accubitu tuo, Cant. 1, 12. à מַסַּב בִּזָּה præda ejus, Ezech. 29, 9. בַּז, בִּתּוֹ filia ejus, Gen. 29, 6. à בַּת אֲמִתּוֹ fides ejus, Pſ. 91, 4. ab אֶמֶת תִּתִּי dare me, Gen. 29, 19. תֵּת, ac ſi eſſent ab Abſolutis: אֶמֶנֶת, בֶּנֶת vel תֵּנֶת אֲמֶנֶת.

C. ll. Aut ob Dageſch Forte (B) Excluſũ, ut è Gutturalibus (אהחער), ubi præcedens vocalis brevis in Analogam longam eſt producenda, ſcil. (_) in (_), (.) in (_), Kamezchatuph, & (_) in Holem.

Ut אֲבָרֵךְ benedicam, Pſ. 16, 7. pro אֲבָרֵךְ בֵּרַךְ benedixit, Gen. 24, 1. pro בָּרֵךְ ſic וּבָרֵךְ benedicetur, Prov. 22, 9.

Not.

4) Dageſch Forte è ſecunda Radicali excluſum non ſemper vocali longâ compenſatur, id quod uſu, vel è Lexico diſces. Id tamen certum, quod ſi in Piel Dag. Characteriſticum in Præterito excluſum non per longam compenſetur, eandem compenſationem etiam in reliquis temporibus non deprehendi, pauciſſimis exceptis.

b) Aliquando etiam Dag. ex non-gutturalibus secluditur & per vocalem longam compensatur, v. gr. הִתְפַּקְּדוּ numerati fuerunt, Jud. 20, 15. coll. Num. 1, 47. Gen. 31. 7. Job. 13, 9.

(F. IV.) Can. I. Zere & Holem in Verbo ante ultimas gutturales ה, ח, ע, aliquando etiam propter ר, & ob penultimas gutturales, item ob significationem Intransitivam (*) mutantur in Patach.

Ut שִׁמַּח, יִשְׁמַע audiet, pro יִשְׁמַע, Exod. 6, 30. אֶשְׂמַח lætabor, Job. 31, 25. pro אֶשְׂמַח, אֶשְׁאַל, וְגִבַּהּ petam, Esa. 7. 12. יִשְׁכַּב cubabit, Gen. 30, 15. pro יִשְׁכַּב, שִׁבַּר perfregit, sic וַיּוֹשַׁע cujus non forma יוֹשִׁיעַ, uti quidam putant, sed יוֹשַׁע concipienda est.

(*) Inspice Idiotismos nostros sub calcem, ubi exposui, in quonam consistat ratio formalis Verbi transitivi & Intransitivi. Cap. II.

Exc.

a) פִּתַּח Solvit, Job. 12, 18. Zere retinet. Alia, quæ itidem Zere & Holem retinent, usu addiscenda sunt.

b) Ut plurimum verò in Infinitivo manent

nent Zere & Holem, ut si שַׁלַּח & שַׁלֵּח mittere, שָׁמוֹעַ audire.

Ita שַׁלַּח Num. 22, 37. & שָׁמוֹעַ Exod. 15, 26. Tutissimum verò erit hîc consulere Concordantias.

Can. II. Patach ante gutturales Kamezatas ה, ח, ע, aliquando etiam ante Resch in (ֶ) transit.

Ut נֶחֱמַח pro נַחֲמָה, Ps. 119, 50. בֶּעָנָן in nube, pro בַּעֲנָן, בֶּאָחָד pro אַחַד unus, הֶרָה in montem, Gen 14, 10. pro הַרָה, vel potius הָרָה. Quò omninò refer sequentes formas, scil יִתְנֶחָם pœnitebit ipsum, Deut. 32, 36. pro יִתְנַחֵם, sic יְדֶכֶן pro יְדֵכֶן manus vestra, לְאֶחָי, Ps. 22, 23. שְׁאֶלְתֶּם postulastis, pro שְׁאַלְתֶּם, 1. Sam. 12, 13.

Can. III. Deinde Patach est vicarium ֵ Sægol ante ultimas, item sub & ante penultimas ה, ח, ע, aliquando etiam ob ר penultimum, & ult. Resch.

Ut פֶּתַח ostium pro פֶּתֶח, נַעַר puer pro נֶעֶר, וַתָּשַׁר & concinit, Jud. 5, 1. pro וַתָּשֶׁר & hoc pro וַתָּשֵׁר ex F. VI. תֹּאר pro תֹּאֶר, גֹּבַהּ pro גֹּבֶהּ, וַיָּנַח & quievit, ubi in fine non (י) Sed Zere est Concipiendum, Exod. 10, 14.

Exc.

Sequentia, quæ Sægol retinent, scil: אֹהֶל tentorium, גֹּאֶל pollutio, תֹּאֶם gemellus, בֹּאֶשׁ fætor, כֹּהֶן, לֶחֶם panis, רֶחֶם & רַחַם uterus, sic מְרַחֶפֶת incubabat.

Obs.

Et hoc Patach Vicarium eodem modô, quô Sægol in incremento mutari solet vi sequentis Canonis: *O vocalis vicariæ eadem est ratio, quæ suæ principalis.*

Can. IV. Nonnunquam Hireck parvum cum Patach permutatur, scilicet.

a) Vel maximè in primis & secundis personis cujꝰlibet præteriti plerumq; ante suffixa, & post Vav conversivũ v. gr. יְלִדְתִּיךָ genui te, Ps. 2, 7. sic וִירִשְׁתָּם pro וִירַשְׁתָּם & possideas, Deut. 19, 1. 11, 12. *vicissim Patach cum Hirek alternat*, v. gr. אִמְרֵי

אִמְרֵי pro אַמְרֵי, Esa. 41, 26. Sed vox וְהַרְאֵיתִי & ostendam, Nah. 3, 5. potius ex Can. gen. 86. resolvi potest.

Can. V. Interdum Kamezchatuph cum Kübbuz permutatur in Pual (a) & Kübbuz cum Kamezchatuph in Hophal (b).

(*a*) Ut כָּרַת pro כֻּרַת præcisus est, Ezech. 16. 4.
(*b*) Sic הֻשְׁלַךְ in Hophal, Dan. 8. 11. plura qui desiderat, legere potest Annotationes generales ad Hophal. p. 125.

Can. VI. Kübbuz pro Schurek aliquando usurpatur (*a*) & contrà Schurek pro Kübbuz (*b*)

a) Ut אָמְרֻ dixerunt pro אָמְרוּ, 1. Sam. 13. sic יָקֻמוּ resurgent, pro יָקוּמוּ, Ps. 1, 5.
b) וּלְאוּמִּי, Esa. 51, 4 pro לְאֻמִּי.

Obs.

Perperàm verò nonnulli hùc trahunt sequentes formas וְיוֹלַדְתְּ & paries, Gen. 16. 11 & יֹשַׁבְתִּי, habitas Jerm. 22, 23. ac si haberent tantum formam Participii in Kal pro יֹלֶדֶת, שֶׁבֶת. Sed si applicaveris Canonem aureum generalem 86. tunc facilè hisce tricis Gramaticalibus, quæ alias

nobis obtrudi solent, supersedere poteris. *Uno verbo*; Hæc duo vocabula habent formam mixtam ex Præterito & Participio Kal. En omnia mysteria!

(F. V.) Can. Accentus distinctivi primæ classis, (*) rariùs verò secundæ & tertiæ classis, & distinctivi compositi Patach ultimum, & Penultimum, & Sægol penultimum in voce Milhel in Kamez mutant.

Ut בַּקֶּבֶר in Sepulcro, 1. Reg. 19, 18. sic לַשָּׁעַר, Exod. 32, 27.

(*) *Tabellam Accentuum distinctivorum vide supra Can. 24. Cap. I.*

Exc.

a) Nomen אֶרֶץ, quod cum Particulis Asyst. וְכֹלֵב ut plurimum, cum He Emphatico verò semper habet (ָ), ut וָאָרֶץ Gen. 14, 19. בָּאָרֶץ Esa. 51, 23. לָאָרֶץ Gen. 41, 36. בָּאָרֶץ Gen. 1, 22. הָאָרֶץ Gen. 1, 1. etiam extra pausam.

b) סָעַף fulci, Jud. 19, 5. Ita שָׂמְנוּ posuimus, Esa. 28, 15. cum Darga.

c) Aliquando Patach in Kamez est mutatum, Accentu distinctivo non præsente. ut שָׁפַט 1. Sam. 7. 17. &c.

d) Dein-

d) Deinde multa (◌ָ) & (◌ַ) retinent etiam præsente Accentu distinctivo, v gr. הַמֶּלֶךְ 2. Chr. 31. 13. Coll. Pſ. 45. 15. sic וַיֹּאמֶר multoties ita legitur. Cætera faciliùs usu addiſci possunt, quàm omnia hùc comportari.

VI.
OB ACCENT. TONICUM AUT RETRACTUM.

Can. I. Ob Accentum Tonicum aut Retractum ex ultima ad penultimam. Fit autem hæc Retractio.

A) *Ob sequens Vocabulum Monosyllabicum, aut Bisyllabicum Milhel. Ubi deinde vocales ultimæ puræ*, scil. (◌ָ) in (◌ָ) *Holem in Kamezchatuph*, & (◌ַ) in (◌ַ) *corripiuntur.*

Ut חֹשֶׁךְ יָשַׁת posuit tenebras, Pſ. 18. 12. Coll. Jud. 12. 3. הִפְרַר בְּרִית, Gen. 13, 9. Reliqua praxi sunt reservanda.

Exc.

Sequentia, in quibus Accentus non est retractus, consequenter etiam nulla punctorum mutatio est facta, scilicet

a) In Loco Jerm. 16, 14. וְלֹא יֵאָמֵר עוֹד & non dicetur amplius, ubi in voce יֵאָמֵר accentus non

non est retractus, licet sequatur dictio Monosyllabica.

b) In Participio Præsentis in Kal, ut שֹׁפֵט צֶדֶק differentiæ gratia, ne cum Nominibus quibusdam fiat confusio, exceptis vocibus in literam quiescentem finitis, v. gr. רֹפֵא לָךְ sanans te, 2. Reg. 20 5. *Dicis*: Ergonè Accentu sic retractô Zere debuisset mutari in Sægol? ℞ Zere h. l. non potest mutari, quia est vocalis impura.

c) In verbis formæ חָפֵץ, v. gr. חָצֵב בּוֹ excidit in ea, Esa. 5. 2. sine dubio ne fiat confusio cum Nominibus formæ מָוֶת.

d) In tertia Pluralis Verborum Quiescentium לָה, ne fiat confusio cum Quiescentibus Ajin Vav.

e) Nomina Pluralis Masculinorum & Fœmininorum, v. gr. אֱלֹהִים לָנוּ, Ps. 46. 2. Finge hîc tonum esse retractum, prior vox ita esset legenda: Ælohi, quia vocalis longa per se absolvit syllabam secundum Can. 15.

B) *Ob Particulam* אַל *ne, aut Vav Conversivum Futuri desinentis in duas vocales longas, quarum (a) ultimam non sequitur Aleph, vel He, (b) quando Augmentum Anteced. non est Aleph, nec (c) adest Accentus distinctivus. Quo casu rursus ultimæ longæ, scil. (ֵ) in (ֶ) & Holem, vel (וֹ) in chamezchatuph corripiuntur.*

Ut וַיֹּאמֶר & dixit, pro וַיֹּאמֵר Gen. 1. 3. 6. 9. sic וַנָּסָב & circuivimus, Devt. 2. 1. pro וַנָּסֹב וַיָּקָם Gen. 4. 8. pro וַיָּקוּם. Ast in

in sequentibus, scil. וַיִּמְצָא, & inventus est, וַאֲקוּם, & denique וַיָּקוּם, Accentus non retrahitur, quia in primo in fine est Aleph, in secundo Augmentum Anteced. est Aleph, & denique in tertio adest accentus distinctivus. Quibus limitationibus observatis, in hac doctrina feliciter progredi aliquis poterit.

C) Deniq; Accentus Tonicus etiam retrahitur In Verbo, quando accedunt Augmenta Asyllabica, scil. (י) (ו) & (ה) *præcedente Schva, quod ordinariè in Kamez mutatur.*

Ut תַּחְסֶאוּ, Psl. 4. 5. nisi Schva fuerit ortum ex Holem, aut Zere, v.gr. יִמְשְׁלוּ, Devt, 15. 6. pro יִמְשֹׁלוּ à יִמְשֹׁל, sic חַפְצָה ea delectatur, Esa. 66, 3. pro חֶפְצָה à חָפֵץ.

Exc.

a) Quiescentia לה, in quibus hæc retractio negligitur, ne fiat confusio cum aliis verborum, aut temporum formis.

b) Ante Nun paragogicum Fut. Schva quidem redit in illam vocalem, ex qua est ortum, sed tonus manet in ultima, ut יְקַצְּרוּן certò metent, Ruth. 2. 9.

D.) *In vocabulis formæ* פְּרִי, *& Suffixo* (ךָ:) *mutatô Schva in Segol.*

Ut אִמְרָתְךָ eloquium tuum Psl. 119, 11. פְּרִי Jerm. 12, 2. Quod si verò pro Schva simplici positum fuerit compositum, istud mutatur in Analogam

logam longam, v. gr. חָלִי Deut. 7.15. pro חֳלִי, ita אָנִי pro אֲנִי; sed עֲרִי habet עֲרִי.

Exc.

Nonnulla retinent Accentum in ultima in ךָ: v. gr. עֲבָרְךָ pro עַבְדְּךָ, Pſ. 119,65. &c.

Obſ.

Quando Suffixum (ךָ) conſtruitur cum particulis עִם & אֵת: Item cum præfixis לְ, tunc puncta transponuntur ob Acc. Ton. retractum, ut עִמָּךְ Tecum, Eſr. 7,13 pro עִמְּךָ, אוֹתָךְ te Ezech. 2, 1. pro אוֹתְךָ, ſic בָּךְ in te, pro בְּךָ / לָךְ tibi, pro לְךָ.

E.) *In Suffixis* ם & ן-, *mutatô deinde Kamez in Patach ob Accentum Retractum.*

Ut פָּקָדָתָם illa viſitavit illos, ſic פָּקָדָתַן Illa viſitavit illas.

F.) *Aliquando in Suffixo Fœminino* ךָ.. *retrahitur, mutatô Zere in Sægol.*

Ut יְשָׁרֵתוּנָךְ ſervient tibi, Eſa. 60, 7.

G.) *In tribus ſequentibus vocibus,* ſcil. אֲנִי, אַתָּה, עַתָּה pro אָנֹכִי, אַתָּה, עַתָּה.

Can. II. Aut Ablatum, quod fit ob lineolam Makkaph; Adhibetur autem hæc lineola ante & poſt dictiones parvulas, ob quam deinde ultimæ vocales longæ puræ literam mobilem poſt ſe habentes in Analogas breves mutantur, ſcil.

ſcil. (ָ) in (ַ), Holem, vel (וֹ), ſi eſt vicariũ τȣ Holem, in Tchatuph, & (ֵ) in (ֶ) v. gr. כָּל־ pro כֹּל, ſic אֶת־ pro אֵת &c.

Exc.

a) In Præterito Piel Zere non in Sægol, ſed in Patach mutatur ſequente Makkaph ut לִמַּד־ pro לִמֵּד à לָמַד didicit.

b) Aliquando Holem purum manet immutabile, v. gr. שֹׁד־ רְשָׁעִים rapina impiorum, prov. 21, 7. rarò in vocibus תֹּם & כְּבֹד.

c) עֵת, ֵם, אֵשׁ, עֵץ, interdum לֵב, 1. Sam. 24. & תֵּת dare, בֵּן quater retinet; Aſt ſequentia, ſcil. שֵׁם, שֵׁשׁ, לֵךְ, תֵּן, יִתֵּן Zere modò retinent, modò in (ֶ) mutant. Alii hûc etiam trahunt ſequentia, ſcil. כֵּן, נֵר, אֵל, & עֵד. Verum, quod ſalvô illorum judiciô dixerim, hæc hùc non ſunt referenda, quia habent Zere impurum, Canon verò de vocalibus puris loquitur.

Obſ.

Nonnunquam Accentus Tonicus eſt ablatus per vinculum Makkaph, ſed iſtius defectum quaſi ſupplet Accentus Euphonicus Mæthægh. v. gr. שָׁת־ לִי poſuit mihi, Gen. 4, 25. Confer, quæ diximus ſupra Cap. 1. p. 15. Exc. (2).

CA-

Caput IIX.

DE SCHVA.

Can. I. Duorum Schvajim ab initio concurrentium prius in Hirek parvum producitur, aut magnum, si sequitur Jod Schvatum.

Ut hæc Regula rectiùs intelligatur, observandum, quod vox non posset legi, si ab initio duo Schvajim retineret, si enim prius Schva legeretur, esset vocalis propria, & systatica, cum nullum sit mobile; sin verò utrumque Schva ab initio velles movere per e, tunc rursus ex eo faceres vocalem systaticam, quod absurdum. Proinde ab initio nullibi duo Schvajim concurrere leges. Provoco ad totius codicis sacri inductionem. Exempli loco sit פִּקְדִי pro פְּקְדִי, יִפְקֹד pro יְפְקֹד, sic וִיהִי pro וְיְהִי Gen. 1. 6. &c. Pereunte Schva sub Jod.

Exc.

a) יְראוּ timete, I. Sam 12, 24. ad differentiam τȣ יִרְאוּ videbunt.

b) Rarò pro Hirekparvo est Kamezchatuph, ut מָשְׁכוּ trahite, Ezech. 32, 20. Sic קָרְחִי decalvate, Mich. 1. 16. pro קִרְחִי. Conf. p. 221. in Not.

c) Schva

c) Schva sub prima gutturali vocis Milhel, aut ante gutturalem, & Resch non in Hirekp. sed in (ַ) mutatur, ut חַסְדּוֹ, דַּרְכּוֹ à דֶּרֶךְ à חֶסֶד mutato prius utroq; sægol in Schva ex Fund. 1. (exceptis rursus seqq. scil. בֶּרֶךְ genu, גֶּרֶשׁ contusum, קֶרֶב פֶּרֶד mulus, פֶּרַח flos, פֶּרֶץ ruptura, פֶּרֶשׁ stercus, quæ pro (ַ) Hirekp. retinent.) Quò etiam analogicè refer sequentia XXV. scil. כַּנְפֵי à כָּנָף ala, גֶּפֶן vitis, דֶּלֶת ostium, טֶנֶא corbis, כֶּסֶף argentum, pecunia, כֶּלֶב canis, סֶלַע petra, נֶפֶשׁ Anima, מֶלֶךְ Rex, צֵלַע costa, צֶלֶם Imago, קֶשֶׁת arcus, קֶדֶם antiquitas, צֶמֶר lana, שֶׁוַע vociferatio, רֶגֶל pes, תֶּלֶם porca, שֶׁמֶן oleum, קֶלַע funda, יֶלֶד infans, כֶּרֶם vinea, גַּנְבוֹת caudæ à גָּנָב Esa. 7. כַּתְבֵי latera à כֶּתֶב, sic שַׁדְמוֹת in Constr. à שְׁדֵמָה arvum. Quibus alii perperàm addunt פֶּרֶד, & אַפֶּדֶן, cum prius in incremento ordinarium Hireck retineat, posterius verò plane non sit in usu, legitur enim tantum hæc forma אַפַּדַּן. Provoco ad codicis sacri αὐτοψίαν!

Exc.

à lit. (c)

a) Rursus sequentia, quæ pro (ַ) habent (ֶ) sub prima gutturali, ut אֹמֶר verbum, חֵזֶק robur, חֹצֶן brachium, חֶקֶר perscrutatio, חֵשֶׁק desiderium, עֵמֶק vallis, עֵשֶׂב herba, (quod

etiam sægol habet) אֵשֶׁת uxor, (quod semel Sægol habet, ut Ps. 128, 3.)

b) Deinde pro Patach sub gutturali (ֶ) habent vel maximè, quando prius Schva ex Zere est ortum, ut חֶפְצוֹ voluptas ejus, à חֵפֶץ. Quibus (1) junge sequentia, scil. הֶבֶל vanitas, & חֶדֶר conclave, cum suffixo singularis Numeri.

(2) Primam Futurorum in Kal, Niphal, & Hithpael, ut אֶפְקֹד pro אַפְקֹד &c.

(3) יֶשַׁח depressio, לֶכֶת ire, נֶגֶד coram, נֶכֶד nepos, קֶצֶב quod habet קִצְבִּי & קֶצְבִּי, גֶּלְלוֹ stercus ipsius, à גָּלַל, sic יֶשַׁע salus, quod semel habet יֶשְׁעֲךָ, Ps. 85, 8. Ita nomina formæ פְּרִי modò (ִ) modò (ֶ) habent, dico enim פִּרְיוֹ & פֶּרְיְךָ, sed sub gutturali est (ֶ) v. gr. חֶצְיוֹ à חֲצִי. Sic נֶגְבָּה Gen. 13. 1. à נֶגֶב, & הַפֶּתְחָה ad portam, Gen. 19. 6.

Obs.

a) Schva sub finem vocis ante Suffixa immediatum in verbo producitur in (ֶ) ut אֲזַמֶּרְךָ cantabo tibi, Ps. 57. 10.

b) Schva sub finem vocis in Patach mutatur *in nominibus formæ* מַמְלֶכֶת עִוֶּלֶת, ut מַמְלַכְתּוֹ regnum ejus. Ast in *Nominibus formæ* גְּבֶרֶת modò in (ִ) ut וְבִמְתֹּו glos ejus, & אֹיֵב inimicus Deut. 25, 7. modo in (ֶ) vertitur, ut בְּהֶמְתּוֹ pecus suum, חֲבֶרְתָּהּ socia ejus, שְׁכֶנְתָּהּ vicina ejus.

c) Quan-

c) Quando Schva posterius perit, tunc prius redit, ut שִׁמְעוּ pro שִׁמְעוּ audite.

d) In nonnullis Analyseos processus paulò invertitur, dum tertia Regula de Schva prius applicatur, & deinde prima. Ut בַּעֲלֵי pro בַּעֲלֵי, sic נַחֲלִי pro נַחֲלִי בַּעֲרִי pro בַּעֲרִי &c.

Can. II. Omne Schva simplex ante Hatephpatach mutatur in Patach, tanquam similem brevem, & ante Hateph sægol in sægol.

Ut verò hæc Regula rectiùs apprehendatur, totum negotium sequenti tabulæ includam hoc modo:



Exempli locô sint sequentia, scil. לַעֲבָדֶיךָ servis tuis Gen. 44, 7. pro לְעַבְדֶּיךָ, Ita בֶּאֱמֹר in dicendo Devt, 4.10.

Obs.

Nonnunquam ( ) & ( ) in ( ) & ( ) & ( ) in ( ) Euphoniæ Causa contrahuntur, ut לֵאמֹר dicendo, Gen. 48, 20. בֵּאלֹהִים in Deo, seu per Deum

um, Gen. 21, 23. pro בֵּאלֹהִים, sic לַאדֹנַי pro לַאֲדֹנָי. Et hanc formam etiam assumit nomen Dei essentiale, seu proprium יְהוָה quando accedunt Præfixa, dicitur enim בַּיהוָה & לַיהוָה pro בִּיהוָה & לִיהוָה. Ubi nulla omninò Anomalia est fingenda, si nostrum facimus illorum hypothesin, qui hoc nomen per Adonai efferendum & pronunciandum esse censent, non quidem ex Judæorum superstitione, sed firmissimis rationibus hanc lectionem adstruunt, quas Philologia suppeditat. Lege Magnifici Dn. D. Carpzov. Disputationem de Nomine יְהוָה, in qua non tantùm multis firmissimis rationibus probavit lectionem Nominis יְהוָה per Adonai, sed insuper quoque Adversariorum ἀντιπίπτοντα doctè, ut solet, protrivit. Cui jungas etiam Magni Wasmuthi Disp. de hoc Nomine.

Can. III. Schva mobile sub gutturali in (-) mutatur.

Quando vero Schva sit mobile, id ex Can. 21. videre est, nimirùm cum ad sequentem Syllabam refertur, ideò rectè dico עָבֹר cole, 1. Sam. 26, 19. pro עִבֹר, quia refertur ad seqq. Syllabam Bhódh.

Exc.

א) Si Schva ortum est ex Sægol, aut ejus Patach

tach vicario in vocibus אֹהֶל & פֹּעַל, tunc Schva in (ֱ) mutatur in additione Suffixi singularis, & in Plurali cum Suffixo gravi, ut & in Plur. Constructo hoc modo: אָהָלוֹ oholó, sic פָּעָלוֹ Pooló, אָהָלֵיכֶם & אָהָלֵי &c.

Obs.

Nil Anomaliæ video in sequentibus, scil. רָהֲבוֹ à רֹהַב, & בָּאֲשׁוֹ à בֹּאֶשׁ, cum sint formæ קָדְשׁוֹ, adeoque felicissimè ex Fund. 1. solvi possint.

(ב) pro (ַ) est (ֱ)

(1) In Infinitivo & Imperativo Verborum ab Aleph incipientium, ut אֱמֹר pro אֲמֹר dic; Ast ante Schva punctum ordinarium redit, dicitur n. אִמְרִי, F. & אִמְרוּ, (exceptis אֶהֱבוּ וְאֶחֱזִי & prehende, Ruth 3, 16. & עֶרֹךְ Joël. 2, 5.) Sed אָחַז, & אָכַל modò (ַ) modò (ֱ) habent.

Obs.

Specialis Anomaliæ sunt sequentes formæ, scil. אֵפוּ coquite, Exod. 16, 23, pro אֲפוּ, & אֵתָיוּ venite, Esa. 21, 13. pro אֱתָיוּ ab אָתָה.

2) In voce יֶחֱמַתְנִי, concepit me, Ps. 51, 7. pro יִחֲמַתְנִי, ubi insuper Hirekp. se accommodat transeundo in vocalem τῶ (ֱ) analogam.

3.) In verbis הָיָה fuit vel הָוָה, & חָיָה vixit, quæ etiam habent (ֱ) pro (ַ) vel maximè in

Imperativo Kal, ut הֱוֵה esto, Gen. 27, 29. quorum ultimum interdum habet (ֲ) ut חֲיִי vive, Ezech. 16, 6.

4) In Nominibus sequentibus ab Aleph incipientibus, scil. homo אֱנֹשׁ, אֱמֹרִי, Deus אֱלֹהַּ, Agustus אֱלוּל, veritas אֱמוּנָה, fortitudo אֱיָל, Nihilum אֱלִיל, אֱגֹז, אֱרֹם, Idem אֱיָלוּת. Quò refer אֱזָרֶה dispergam pro אֲזָרֶה Levit. 26. 33.

Can. IV. Schva Quiescens sub prima gutturali in Verbo assumit similem sub Augmento Antecedente, cujus Hirek parvum, si adfuerit, prius in Sægol est vertendum, quod deinde τῷ Schva quiescenti applicandum.

Notanter dico, *sub prima gutturali*, nam si est ultima gutturalis, tunc Schva quiescens ordinariè sub illa manet, scil. sub עחה, ante augmenta consequentia. Hinc legitur שָׁמַעְתִּי audivi, שָׁמַעְנוּ audivimus; Sed si ad Nun suffixum accesserit, tunc Schva simplex in compositum abit, ut יְדַעֲנוּךָ pro יְדַעְנוּךָ cognovimus te. Ut verò hæc regula rectiùs intelligatur, sequens Schema subjiciemus.



[illegible] pro [illegible]

Jam

Jam unico exemplo totum hoc ſchema illuſtrabimus, ſcil. Themate עָבַר, ſic in fut. Kal dico אָעֶבֹר pro אֶעְבַר, in 1. fut. Hiph. אַעֲבִיר pro אַעְבִיר, in præt. Hophal הָעֳבַר, In præt. Niphal נֶעֱבַר pro נִעְבַר &c.

Exc.

a) Secundam, & Tertiam perſonam ſingularis & pluralis, ut & primam pluralis in Futuro Kal, ubi pro (ֶ) interdum aſſumitur, (ֲ) præcedente (ַ) ſub augmento Antecedente, ſi ſcilicet prima Radicalis fuerit. ה, ח, ע, *& ſecunda habuerit Holem*, ut תַּהֲלֹךְ, יַהֲלֹךְ, נַהֲלֹךְ &c. *Id quod etiam contingit, ſi ultima* ה *fuerit, & prima* ח, aut ע, ut תַּעֲשֶׂה, יַעֲשֶׂה &c. Excipe rurſus ſequentia, יֶחֱצֶה ſcil. quod etiam habet יַחֲצֶה וַיֶּחֱשֹׂף & denutavit, Pſ. 29, 9. יֶחֱסֶה ſperabit, Pſ. 34, 9. Coll. Eſa. 14, v. ult.

b) VII. Verba, ſcil. אָסַף Collegit, אָבַד periit, אָמַר dixit, אָכַל comedit, אָפָה coxit, אָבָה deſideravit, אָחַז apprehendit, quæ in Futuro Kal incipiunt ab Holem, & deſinunt in Zere, aut Patach, Aleph in prima Sing. inſuper abjectô, rarò in aliis perſonis, hinc legitur אֹמַר dicam, Gen. 24, 14. in 2. perſ. תֹּאמַר dices, 1. Reg. 5, 6. & in 3. perſ. יֹאמַר is dicet, & יִמְרוּךָ Pſ. 139, 20. Gen. 31, 8. תּוֹסֵף recipias, Pſ. 104, 29 & יֶאֱסֹף colliget, 2. Reg. 5, 3, & תַּאֲסֹפִי colliges, fœm. Joſ. 2, 18. יֹאבַד peribit, Job. 3. 3. & יֹאבֵד Job. 20. 7. אֹכַל co-

comedam, Gen. 24,33. & וְאֹכֵל Esa. 44. 19. תֹּאכֵל comedes, Gen 2,16, in 3. pers. יֹאכַל & יֹאכֵל comedet Gen.49, 27. & Levit.21.21. תֹּאפוּ cocturi estis, Exod. 16,23. ab אָפָה, תֹּאבֶה velis, Devt. 13, 8. & תֹּבֵא acquiescito Prov.1,10. in 3. pers. יֹאבֶה acquiescet, Deut. 29, 20. וָאֹחֵז & comprehendi, Jud. 20, 6. in 3. pers. יֹאחֵז is prehendet Job. 18, 9. תֶּאֱחֹז in 2. pers. prehendas. Eccl.7, 20. וַיֶּאֱחֹז & apprehendebat, 1. Reg. 6, 10. וָאֹהַב & dilexi, Mal.1.2. & אֵהָב Prov. 8, 17.

c) Nonnunquam in Imperativo & Infinitivo Kal Schva quiescens sub secunda Radicali in (ֲ) transit præcedente (ַ) ut טַעֲמוּ pro טִעְמוּ Ps.34, 9. Coll. Devt.15. Ruth.3,16. Esa 1,16.

d) Schva quiescens perpetuò manet sub prima Radicali gutturali ante Jod, & quidem semper in verbis הָיָה & חָיָה post particulas Asystaticas & Augmenta in Kal & Niphal, ut וְהָיָה erit, וְחִיִּיתֶם. Ast in prima Fut. Kal modò (ֱ) modò Schva simplex manet, ideò dico אֶהֱיֶה & אֶהְיֶה ero.

e) Sequentia in Futuro Kal Specialem habent formam, scil. תֵּאתֶה pro תֶּאֱתֶה Job.4, 8. & וַיֵּתֶה Esa 41, 24. וַיֹּאל & adjuratione obstrinxit, 1 Sam 14. 24. pro אֵצֵל וַיֶּאֱלֶה pro אֶאֱצֹל, תֵּזְלִי Pro תֶּאֱזְלִי, sic תָּעָבְדֵם pro תַּעַבְדֵם Exod 20. 4. Coll. Deut. 13,3. & in specie יָאֲנוּשָׁה & dolui, Ps. 69, 21. ab אָנַשׁ V. p 27.

f) אַעֲנֵה

f) אַעֲנֶה respondebo Job. 32, 17. reliqua usu disces.

Obs.

Aliquando Hirekp. sub Augmento Anteced. manet, utut Schva sub prima gutturali in compositum transierit, ut תִּהֲלֹךְ pro תַּהֲלֹךְ Ps. 37, 9.

g) In Præterito & Participio Niphal aliquando pro (ֱ) est (ֲ) præcedente (ַ) vel maximè si tertia radicalis ה fuerit, ut נַעֲשָׂה pro נֶעֱשָׂה Eccles. 9, 3. Coll. Esa. 53, 7. Obs. Interdum tamen utraque forma legitur, quod usu disces.

h) In Præterito Hiphil frequentissimè est (ֱ) præcedenre (ַ) ante ת, si adfuerit Vav Conversivum, ut וְהַאֲכַלְתִּים & comedere eos faciam, Jerm. 19, 9. rarò manet (ֱ) & (ֶ). Imo etiam absque Vav conversivo interdum.

Obs. Specialia sunt sequentia:

Scil. אֹסִפְךָ tollam te, 1. Sam. 15, 6. pro אַאֲסֵף, הֹעֲלָה pro הָעֲלָה in Hophal ut & (אֵזִין pro אַאֲזִין aurem præbui, Job. 32, 11. & יַהֵל figet tentorium, pro יַאֲהֵל Esa. 13, 20. נֹאחֲזוּ Jos. 22, 9. transpositis punctis, pro נַאֲחֹזוּ.

Observa in genere.

Quòd Schva compositum sub prima gutturali

sæpè in simplex resolutum legatur Euphoniæ gratiâ, retentô nihilominus punctô Analogô sub Augmento Antecedente, uti יֶהְגֶּה meditabitur, pro יֶהְגֶּה Ps. 1, 2. sic in Hiph. מְהָלְכִים itinera, Zach. 3, 7. Et hæc resolutio שׁ Schva compositi in simplex etiam post Particulam Asystaticam Lamed contingit.

Can. V. Omne Schva Compositum ante Schva simplex (sive Explicitum, sive Implicitum) deponit suum Hateph.

Quid sit Hateph, ex Cap. 1. constat, scil. ipsum Schva, quando cum brevibus componitur. Dicitur Hateph (ab Ebr. חָטַף) petita Etymi ratione ab officio, nim. quando componitur cum Patach, dicitur Hateph Patach, quando cum (ֵ) dicitur Hateph sægol, & quando denique cum Kamez chatuph, dicitur Hateph Kamez.

Et hoc Hateph deponitur ante Schva. Totum verò negotium tibi ante oculos ponet sequens Schema.



v. gr. וַיַּעַשׂ & fecit, Gen. 1, 6. pro וַעֲשׂ &c. יַעַשׂ &c. שׂ enim sub se habet Schva Implicitum.

Exc.

Ext.

In Imperativo Kal Schva compositum sub prima Gutturali in (ֲ) utpote punctum Thematicum redit, dicitur enim עָמְדוּ pro עֲמְדוּ state, Num. 9, 8. הָלְכוּ abite, Jerm. 51, 50. pro הֲלָכוּ ab הָלַךְ.

APPLICATIO
Regulæ tertiæ & Quartæ
ad Exemplum עָבַר coluit.

Fut. in Kal.

	Plur.	Sing.	
1.C.	נַעֲבֹר	אֶעֱבֹר	
2.	תַּעֲבֹרְנָה , תַּעֲבֹרוּ	F. תַּעֲבְרִי M. תַּעֲבֹר	
3.	תַּעֲבֹרְנָה , יַעֲבֹרוּ	F. תַּעֲבֹר M. יַעֲבֹר	

Præter. in Niphal.

	Plur.	Sing.	
3.	נֶעֱבְרוּ	נֶעֱבְרוּ , נֶעֱבַר	
2.	נֶעֱבַרְתֶּם , נֶעֱבַרְתֶּן	נֶעֱבַרְתְּ , נֶעֱבַרְתָּ	
1.	נֶעֱבַרְנוּ	נֶעֱבַרְתִּי	

Præter. in Hophal.

	Plur.	Sing.	
3.	הָעְבְרוּ	הָעְבְרוּ , הָעְבַר	
2.	הָעְבַרְתֶּם , הָעְבַרְתֶּן	הָעְבַרְתְּ , הָעְבַרְתָּ	
1.	הָעְבַרְנוּ	הָעְבַרְתִּי	

Futurum

Futurum.

1.	אָעֲבַד		נֶעֱבַד
2.	תַּעֲבַד , תַּעֲבְדִי	תַּעֲבְדוּ ,	תַּעֲבַדְנָה
3,	יַעֲבַד , תַּעֲבַד	יַעֲבְדוּ ,	תַּעֲבַדְנָה

Participium.

מַעֲבַד , מַעֲבָדָה

Plur.

מַעֲבָדִים מַעֲבָדוֹת

&c. &c.

Præteritum in Hiphil.

3	הֶעֱבִיד	M.	הֶעֱבִידָה
2	הֶעֱבַדְתָּ	M.	הֶעֱבַדְתְּ
1 C.	הֶעֱבַדְתִּי		

Plur.

3. C.	הֶעֱבִידוּ		
2.	הֶעֱבַדְתֶּם	M.	הֶעֱבַדְתֶּן &c,

Futurum.

&c. &c. אַעֲבִיד.

Con-

Consilium de Textus Hebræi resolutione rectè inchoanda, finienda, ac denique feliciter applicanda: additô insuper exemplô praxeos.

§. I.

Nimirum omne Consilium meum, quod hîc meditor, occupabitur vel maxime in duobus, scilicet primò in Resolutione, seu Textus Analysi, & deinde quoque in Applicatione ad Theologiam Homileticam. Cùm verò, quod primum attinet, aggresturo Analysin Textus Hebræi tria obveniant, scil. (*a*) *Nomen*, (*b*) *Particula*, & (*c*) *Verbum*, dispiciendum est, utrùm horum in Textu occurrat. Quæ omnia omnium optimè ex versione, aut sensu cognosces.

§. II.

Postquam verò ex Versione, aut sensu Tibi tantum constat, vocem resolvendam esse Nomen, tunc inquire in Notiones, & Accidentia Grammatica, scilicet

(1.) Quomodo forma se habeat, an ratione formæ Nomen sit *Nudum vel Auctum*, id quod, si Radicem priùs investigaveris, Lexicon tibi indicabit.

(2.) *Cujus sit Generis*? an Masc. an verò Fæm.

(3.) *Cujus Numeri*? An pluralis, an Dualis, &c.

&c. Id quod ex Terminatione facilè conjecturabis.

(4) *Cujus status?* Absoluti, an v. Constructi, &c. Id quod ex sensu facilè dijudicabis, præprimis si collationem præsentis vocis cum sequente institues.

(5.) *Num punctum aliquod sit mutatum, nec ne?* Et hoc ex diligenti Lexici libri inspectione patebit. Quod si autem nullum punctum fuerit mutatum, tunc etiam nullum Fundamentum de punctorum mutatione erit adducendum. Non verò opus est, ut strictè huic Analyseos processui inhæreas, quandoquidem eundem pro lubitu invertere poteris, præprmis si Tibi objectum fuerit Nomen in statu Affixionis, aut Regiminis, tunc ordine retrogradô procedere poteris, adducendo statum Affixionis aut Regiminis, abjectis particulis Asystaticis, & deinde pergendô ad Absolutum, quem tibi Lexicon monstrabit. Hisce omnibus ita peractis, ultimò Radicem adducito, quæ totam Analysin finiet. Sed hic illud observa, quòd Radix quidem ultimum sit in Analysi, si ista chartæ inscribatur, sed primum ante Accidentium Grammaticalium meditationem, v. gr. si vox תּוֹרַת mihi esset resolvenda, inquirendum esset priùs in Radicem, quàm de forma hujus Nominis dijudicare possem.

Obs.

a) Participium verò eodem modô, quo Nomen

men resolvi solet, modò conjugationem indices, cujus sit conjugationis.

b) Quòd si verò Pronomen tibi resolvendum fuerit, tunc si istud denominaveris expressè, num sit personale, primæ, secundæ, aut tertiæ Personæ, aut num sit Relativum, vel Interrogativum, &c. Tuo officio satisfeciſti.

§. III.

Quod si Tibi offeratur Particula resolvenda, tunc adverte, num sit Asystatica, vel Systatica; si illa, num sit simplex vel composita; sin verò hæc, dispice, num adsit aliquod suffixum more singularium, aut more pluralium, It. an vocalis quædam sit mutata; ultimò Radix, si adhuc est superstes, est adducenda, aut si injuriâ temporis perierit, ex alia Lingua Orientali est restauranda, aut denique talis Particula Systatica pro ipsa Radice est habenda.

§. IV.

Quod si verò denique Tibi offeratur verbum resolvendum, (quod facilè ex Versione, forma aut sensu cognosces), tunc adverte, cujus sit Personæ? Numeri? Generis? Temporis? (quod ultimum ex Augmentis Tibi facilè innotescet) & cujus denique Conjugationis? quæ vel ex sola Nomenclatione Tibi innotescet. Quibus ita absolutis, ultimò iterùm Radix est adducenda, quam Tibi Lexicon suppeditabit. Verbum a. est vel regulare, vel irregulare; Si illud, con-

conjugatio investigatu erit facilis; Sin verò hoc, tunc adverte, num aliqua nota characteristica conjugationis appareat; Sin verò nulla omninò apparuerit, id tibi Consilii do, ut, Radice investigatâ, Lexicum librum consulas, in quo si perlustraveris ordine omnes conjugationum formas, invenies tandem aliquam, quæ cum præsenti Textus forma coincidet. Quod si verò tibi objiciatur verbum Irregulare resolvendum, quod adeò est deforme, ut istius Radix investigatu existat difficilis, haud malè tuis studiis consules, si tibi comparaveris Lexicon Dn. Leusdenii Philologi celeberrimi, in quo omnes radices invenies. Ut verò in Præceptis Regula Anomala possit applicari, ejusmodi verbum prius ad formam Thematis פָּקַד est revocandum. Quæ omnia praxeos exemplum sub calcem additum fusiùs Illustrabit, & confirmabit.

§. V.

Hactenus de Analysi. Sequitur nunc ut etiam de Applicatione, vel potius usu in Theologia Exegetica seu Homiletica aliquid dicamus. Hîc ex studio Homiletico præsuppono, quòd Analysis sit triplex, Grammatica, Logica, & Rhetorica secundum B. Carpzov. & Hülsemannum, nisi aliorum hypothesin amplecti velimus, qui duas tantùm Analyseos species, scil. Grammaticam & Logicam haud infelici successu statuunt, quod quidem parùm faciet ad nostrum, quem hîc

hîc intendimus, scopum, quandoquidem hoc loco vel maximè de Analysi Grammatica solliciti sumus, seu de istius usu in Theologia Homiletica. Nam sicuti JCtus qui novit, & intelligit in quot partes corpus juris distribuatur, scil. in Institutiones, Pandectas, Codicem, Novellas, &c. It. novit hanc vel illam legem citare, & explicare, ignorat autem legum applicationem, (intellige plenariam praxin in foro) non habetur pro perfecto practico; Ita quoque concionator aut pastor, licet hunc vel illum Textum aliquo modo secundum Præcepta Methodica resolvere queat, si ignorat istorum applicationem & usum in studio Homiletico, non pro perfecto concionatore haberi potest. Cum à fine intermedio ad finem ultimum N. V. C. Nam sicuti lumen naturæ est insufficiens ad æternam beatitudinem consequendam, quandoquidem Notitia Dei naturalis neminem salvat, ceu ex Epistola ad Hebr. novimus cap. XI. 6. Sed requiritur insuper etiam lumen Scripturæ, quod ad æternam salutem sufficit; Ita quoque non nuda textus Hebræi resolutio futurum concionatorem perfectum reddet, nisi accesserit quoque legitimus usus, seu notitia eruendi argumenta amplificantia ex hoc vel illo Themate. Nec enim approbatur illorum mos, qui pro concione tantùm textus Ebræi verba formalia recitant instar Psittaci, partim ut aliquod spatium residuum in con-

cione expleant, partim quoque ut Auditoribus persvadeant, se non proletariâ tinctos esse eruditione, adeoque pro vero Resolutionis fine apparenter talem substituunt. Vident igitur illi, qui quamprimum Scholis ultimum vale dixerunt, animum maturè ad Theologiam Homileticam applicant in Academiis, quàm pessimè suis studiis consulant, cum tamen priùs mediis Hermenevticis debeant esse instructi, scil. ministeriô Philosophiæ, & Philologiæ, (*) quàm Venerandam Facultatem Theologicam salutent. *Vel clariùs:* debent (1) esse instructi Linguarum originalium cognitione, puta Hebrææ, Chaldææ in V.T. & Græcæ in N.T. (†)

(2) Philosophiæ, præprimis Logicæ, & Metaphysicæ, quarum illa submministrat modũ formandi consequentias, seu formam scripturæ tanquam materiali applicat. Nam quando per consequentias ex Scriptura concludimus, tunc utiq; opus est Syllogismõ, ceu Christus ipse facit: Ego sum Deus Abraham, &c.&c. Aggressurus igitur propriô marte Textus sacri amplificationem, ante omnia Textum Grammaticè & Logicè resolve, ita quidem, ut in Analysi Grammatica (quam suprà duplicem constitui melioris methodi ergò) ponderes Accidentia Grammatica, scilicet cujus sit Generis

[(*) *Lege B. Hülsem. Brev. illustratum à B. Scherz.* p. 39. *& B. Danh. Hermenevt. sacr.* fol. 99 *seqq.*

(†) *Vide Magni Pfeiff. Prof. & Philologi apud Lipsienses consummatissimi Orat. de LL. Orient.*]

Generis vox aliqua, Numeri, Personæ, status, Temporis &c. Prætereà etiam consideres & investiges sensum & Emphasin alicujus vocis, aut phraseos, id quod adminiculô Concordantiarum commodè fieri poterit; aut si tibi hæ desunt, harum vicem præstabit Buxtorfi Lexicon. Quod ut rectè intelligatur, aliquantò rem altiùs repetere juvat.

Nimirum duobus modis vocis alicujus *Emphasis*, *significatio formalis & propria* erui potest, scilicet

(A) *Ex Collatione vocis Conjugatæ.* Res ita habet: Vox aliqua aut est *primitiva, seu Thema*, *aut Derivativa*, seu ab illa originem trahens; Quod si igitur vox fuerit *primitiva, seu Radix*, tunc conferri poterit cum suis conjugatis, à quibus sæpe suam emphasin & significationem participat. Itaque שָׁמַר propriè & formaliter significat *diligenter & diu aliquid custodire & conservare*, cujus emphasin & significationem mihi istius conjugata suppeditant, scilicet מִשְׁמָר custodia, aut carcer, quæ vox observationem diligentem notat; & שָׁמִיר lapis durissimus, ut Adamas, qui diu est conservabilis. Sic גֹּאֵל Redemptor, cognatus, qui alicui consanguinitate est junctus, ceu videre est ex Levit. 25. 25. suæ Radici גָּאַל egregiam faculam accendit, quæ facit ad istius emphasin eruendam; Sin verò vox fuerit *Derivativa*, tunc contrariô modô istius Emphasis, & signifi-

ficatio è Themate interdum colligi potest; Ex. gr. נָבָל stultus participat de formalitate suæ Radicis נָבַל concidit, flaccescere, q. d. stultus est talis persona, cui mens concidit, vel cui judicium est flaccum, & debile. Clariùs: Cujus non tantum memoria est labilis, sed etiam judicium labile, quod mox in hoc mox in illud incidit, ut ita loquar, der immer auff eins ins andere fält und alles confus ohne judicio vorbringet/ oder der ein Papiern Gehirne hat/ welches bald von einen rauhen Lüfftlein kan über den Hauffen geworffen werden. Et hæc, quæ jam à me fuerunt prolata, videntur non absque fundamento dicta. Nam sicuti Radix, seu vox primitiva literas suas (quas materiale vocabimus) suis derivativis communicat; Ita quoq; sine dubio significationē istis (quam formale vocabimus) tribuit, licet non semper propriè, tamen κατ' ἀναλογίαν, vel licet non semper patenter, tamen latenter, adeoque opus interdum est piâ & sanâ meditatione.

Deinde (B) *ex Collatione & Inductione Locorum Parallelorum* etiam Emphasis & significatio alicujus vocis colligi potest. Et hoc monitum apprimè ad scopum nostrum in studio Homiletico, quem hîc vel maxime intendimus, quadrat. Totum autem negotium adminiculô Concordantiarum, aut Buxtorfi Lexici in casu necessitatis, peragi poterit, ubi si loca inter se conferas, & diligenti rationis trutinâ pensitaveris, mox Argu-

gumentum amplificans ab *Homonymia*, mox amplificans *Illustrans*, mox amplificans *ab Emphasi vocis* hinc & inde colliges. Ubi deinde illa Loca, è quibus Thesin emphaticam eruis, aut Homonymiam, Locô probationis in argumento amplificante adduci possunt, non quidem omnia, sed unum aut duo, ne Auditori nauseam pareas. Res evadet clarior, si unum atque alterum exemplum adjecero. Ex. gr. Radicis שָׁמַר suprà adductæ emphasis illustrari potest ex loco Jerm. 5, 24. Ubi de ipso Deo septimanas statutorum messis custodiente usurpatur. Qui locus egregium argumentum amplificans ab *Emphasi vocis* mihi suggerit hisce formalibus:

Das Wort שָׁמַר, welches wir in Grund-Texte lesen/bedeutet (est thesis) ein fleissiges/unverdrossenes Wachen / da man sich eine Sache wol angelegen seyn läst/(prob.) Als wie es etwan auff solche Weise von GOTT selber gebraucht wird beym Jerm. 5/ v. 24. Quò assiduam Dei custodiam notat, qui messem diligenter custodit, ubi non nudam theoriam significat, sed simul quoque efficacem Dei curam & operationem includit, quæ consistit non tantùm in incremento proficuo, sed quoque in omnis mali depulsione. Et deindè applicatio ad præsentem textum institui potest; Quia verò diffusiorem hujus materiæ pertractationem partim instituti mei ratio non permittit, partim etiam reliqua, quæ

circa hanc materiam dicenda adhuc restant in textu, qui sub finem est adjectus, pluribus exemplis infrà docui, ideò mihi religio est hîc plura addere. Cogitent igitur & rectâ rationis trutinâ pensitent ἀνεφεαίαι, & illi, qui carent notitiâ Linguarum Originalium, quàm infelici successu studium Homileticum aggredi queant, ut deindè nomen concionatoris vix ac ne vix quidem sustinere possint, cum per totum vitæ curriculum postillatores pro præceptoribus suis agnoscere cogantur. Dico, *pro præceptoribus suis*, quibus verbis eos intelligo, qui postillis abutuntur, dum non tantùm integras dispositiones, sed etiam integras concione; ad verbum exscribunt. Neque hoc ipso omnes postillas rejectas aut exterminatas volo, sed tantùm de abusu loquor.

Nec est, quod quis reponat in studio hoc sufficere si quis imbutus sit disciplinarum Instrumentalium (puta Logicæ & Rhetoricæ) & realium s. principalium (intellige Metaphysicæ, pneumaticæ &c.) cognitione, licet insuper non polleat notitiâ Linguarum originalium, modò quis de Propositionibus, & de consequentiis rectè dijudicare possit. Verùm hæc omnia, quæ quidem sub prætextu magnæ probabilitatis jam sunt prolata, facilè dilui possunt, & quidem unicâ distinctione, si scil. distinxerimus inter Exegetam fundamentalem, & non-fundamentalem. Quis quæsò affirmabit ab eo, qui tantùm philosophiæ cognitione est instructus, solidam & fundamentalem

talem Textus Græci in N.T. expositionem esse expectandam? Ridiculum! Quare ut multa in pauca contraham Exegeta sacer utrumque studium Philologicum (puta ad minimũ Linguas Originales) & Philosophicum purè tale calleat, si tandem aliquando felices progressus facere tentat in textus sacri expositione, aut si haud infeliciter cum Adversario congredi cupit. Studiò verò dico, *studium Philosophicum purè tale*, quâ limitatione relegatos volo omnes grillos & quæstiones inutiles, quibus juniores studiosi interdum multum temporis tribuunt (proh dolor!) in spem futuræ oblivionis, cujusmodi sunt, v. gr. an Logica sit ars, aut Habitus Instrumentalis &c. Sic: an Universalia sint Entia. Et aliæ hujus furfuris, quibus hodiè in Scholis & Gymnasiis ingenia studiosæ juventutis torqueri solent. Regeris ulteriùs, audivi jam ad verum & perfectum scripturæ sacræ Interpretem requiri studium Lingvarum Originalium, non autem fieri mentionem studii Rabbinici, quod tamen ad intelligentiam vocum & Phrasium Ebræarum seorsim spectatarum, & ad cognitionem rituum nonnihil confert, in ipsa autem explicatione oraculorum præsertim classicorum plerumque nil nisi falsa affert. Ad hoc Resp. Dum nomino Linguam sanctam, eô ipsô includo studium Rabbinicum, quod etiam suum præstat usum præprimis in ritibus Judaicis eruendis, aliisque, si cum grano salis, ut ajunt, adhibetur, ideò notantur dixi, *nonnihil confert* &c. Quô

ipsô tacitè abusum studii Rabbinici sublatum volo, quandoquidem nonnullorum Pseudo-philologorum, qui in concionandi artificio parùm profecerunt, mos est, ut, si ipsis amplificandum est Exordium, aut quædam concionis pars, locô veri argumenti amplificantis scil. à definitione, Homonymia, Locô communi &c. substituant ex Talmude(quod tot fabulis est refertum,quod cœlum stellis) aut Rabbinis argumentum amplificans Nugatorium, imò ridiculum, quod planè nihil facit ad rhombum, aut plebis ædificationem, tantùm ostentationis aut jactantiæ causa, ut demonstrent se in studio Rabbinico esse versatissimos, adeòque hoc ipso verum finem (proh dolor!) negligunt. Audiamus hîc B. Lutherum appositè differentem de Schemhamphoraſch T. 8. Jen. f. 347. Wenn ein Christ bey den Jůden will Verstand in der Schrifft suchen / was thut er anders als daß er bey dem Blinden das Gesicht / bey Rasenden Klugheit / bey den Todten das Leben / bey dem Teuffel Gnade / und Warheit sucht; recht geschicht ihm / so Er auch Wahnsinnig / blind / und rasend wird / wie seine Meister sind von Gott verdambt (*).

(*) Plura invenies apud Dn. D. Pfeiff. Theologum, pariter ac Philologum apud Lipsienses consummatissimum in Herm. S p. 88. sqq. ubi erudite, ut solet, hanc materiam evisceravit Cui etiam jungas B. Fridlib. Theol. in Artic. de Scr. S.

At-

Atque sic bono cum Deo duo consilia de Analysi scil. & usu Linguæ S, in Theol. Exegetica absolvimus. De quibus quidem moneri plura potuissent, sed si quis hæc monita probè imbiberit, eum cætera, spero, haud difficulter propriô marte indagare posse. Quomodo a. hæc monita hactenus prolata utiliter applicari queant, optimè docebitur exemplis. Tentabimus verò unô exemplô petito ex Goel. III. v. 1. & 2 omnem applicandi modum commonstrare, idque expeditum dabimus triplici Analysi.

כל מעשינו יהיו בשם שמים:

Sectio I.

exhibens

Analysin Grammatico-Philologicam.

Vers. I.

וְהָיָה & erit) Est Verbum, & quidem 3. Masc. Præteriti in Kal, seu ipsa Radix, cum Particula Asystatica simplici Vav, quæ h. l. est Vav Conversivum Præteriti p. 88. cap IV. ad formam פָּקַד dicerem: הָיָה, sed quia est Quiescens ל״ה, He finale in omnibus Præteritis in Kamez quiescit, tanquam vocali suæ quieti homogenea ex Can. 7. p. 176. Cap. VI. à quo Themate suam originem trahit Nomen Dei proprium & essentiale יְהוָה, quod ita dicitur, quia nulli

creaturæ competit, sed soli vero Deo appropriatum legitur.

Antequam autem hanc thesin probem, præmittenda sunt quædam, scilicet (a) quòd Nomen יהוה intelligatur absolutè & in casu recto, & sine addito, restringente, & diminuente, & alienante, (ut loquitur B Scherz. in suo Syst. p 37.) positum. (b) Quòd per vocem essentiale non intelligatur id, quod essentiam Dei constituit, aut quòd essentiam adæquatè exprimit, vel exhaurit, aliàs perfecta Dei definitio daretur; sed per vocem essentiale intelligitur h. l. proprium nulli creaturæ communicabile, nec etiam communicatum. *Unde status Controversiæ hùc redit: An vox Jehova absolutè (†) & in casu recto posita soli Deo competat, (†) vel: an etiam creaturis competat vel attributum unquam legatur.*

Quam quæstionem ita formatam & explicatam facilè contra Socinianos, Arminianos, & Pseudo-Philologos, qui negant ex voce יהוה verum Deum posse probari (videatur B. Scherz. Syst. Theol. p. 38. & B. Hülf. Brev. enucl. à B. Scherz. p. 121.) probamus.

(א) *Ab Etymologia, vel potius significatione* vocis היה fuit, extitit, quod verbum nihil aliud significat, quàm αὐτόσιον meram & ipsam essentiam, Item Ens, quod essentiam in se, & à se ipso. Unô verbô: independentem & immutabilem habet. Hinc infero: Quodcunque est mera

ra essentia à se, & in se ipso, independens &c. illi tantùm competit Nomen Jehova. Atque solus Deus &c. Ergo Minori ex hactenus dictis lux accedit. *Objicis:* Ex modò dictis scrupulus animo meo injectus fuit, dum vocem יהוה à Radice הָוָה deducis, cum tamen probabiliùs sit eam potius ab הָוָה, quàm הָיָה derivari, quia Vav & Jod non sunt literæ unius organi. Sed facilè tibi hunc scrupulum eximam, si patieris. Nimirum nostræ sententiæ nihil decedit, sivè ab היה sive ab הוה deducatur, quandoquidem Vav & Jod sunt literæ coofficiales, scil. ex ordine יהוא, quæ etiam facilè inter se permutari possunt. Præterea etiam ejusdem sunt significationis.

(ב) *A perpetua Scripturæ Sacræ Inductione, vel potiùs Appropriatione,* quâ Deus hoc Nomen soli sibi vendicavit & quidem vel maximè ex Exod. III, 14. אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה, ero, qui ero, qs. dicat: Eriturus It. vers. 15. יהוה שמי לעולם. Consentit apprimè Paraphrasis, in qua hæc ita redduntur in Schemoth Rabba Ex. 3. Parascha 3. אני שהייתי ואני הוא עכשיו ואני הוא לעתיד לבוא: Hinc argumentor ita: *Quodcunque Nomen Deus sibi ipsi attribuit, & illo se nominat, illud ipsi est proprium. Atqui Nomen Jehova* &c. Ergò Minor ex Locis sequentibus Esa. 42, 8. Jerm. 16, 21. Num. 6, 23. patet. Et cur quæso nomen Jehova non sit Dei proprium, cùm res hoc nomine significata scil. essentia essentialissima, (liceat mihi

mihi ita loqui cum summo Theologo) independens, & æterna nulli creaturæ competat.

(†) Ita loquitur B. Hulsem. *in suo Breß. Theologico à B. Scherz enuc.* p. 120. & Dn. D. *Baierus in sua Theol. posit.* p. 166. Theologus in Acad. Jen. Celeberrimus.

Taceo sententiam nonnullorum, qui asserunt, hoc Nomen omnes tres temporis differentias in se continere respectu punctorum, Scil. Schva sub Jod esse Notam Futuri, Holem Participii præsentis, Kamez denique Præteriti. Qui igitur est talè Ens, quod ab æterno fuit, jam existit, & quoque in æternum existet, ille utique est verus Deus. Apprimè hanc vocem Johannes Theologus expressit Apoc. 1, v. 4. ὁ ὢν καὶ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, i. e. qui est, & qui erat, & qui venturus erat. Ita Eugubinus memorat templis Ægyptiorum hæc Dei verba inscripta fuisse: Ego sum omne, quod fuit, quod est, & quod futurum est. Velum meum nemo unquam revelavit.

(3) A præclaris Hebræorum Titulis, quibus hanc vocem mactarunt modò שֵׁם הַנִּכְבָּד, *Nomen gloriosum vocantes*, modò שֵׁם הַמְיֻחָד *Nomen proprium solius DEI*, & quidem ut Cabalistæ Joh. Reuchl. de arte Caball. lib. XIX. tradunt, Messiæ, modò שֵׁם רַבָּא וְיָקִירָא *nomen magnum, & pretiosum*, quia soli Deo est proprium. Digna sunt Verba Echæ Rabbæ in Thren. ut hùc transscribantur: מָרֵי שְׁמוּ שֶׁל מֶלֶךְ הַמָּשִׁיחַ רִ' אַבָּא בַּר כַּהֲנָא אָמַר יְהוּדָה

יהוה שמו שנאמר ויהוה שמו אשר יקראו
יהוה צדקנו: h. e. quomodo est nomen Regis Messiæ? Rabbi Aba filius Cahana dixit: Nomen ejus est Jehova, quia dicitur, & hoc est nomen ejus, quô vocabitur JEHOVA justitia nostra. Et R. GERUNDENSIS ad Gen. 33. ult. שם המשיח יהוה צדקנו i. e. Nomen Messiæ est JEHOVAH justitia nostra. Præ omnibus verò titulis, qui huic Nomini tribui solent, sequens excellit שם המפורש, cujus Epitheti expositionem audiemus à R. Maimonide in More c. 61. לזה נקרא שם המפורש עניינו שהוא יורה על עצמו יתעלה הוראה i. e. ideò vocatur Nomen Hamphoraſch (scil. hoc explanatum), nempe quia hoc denotat substantiam ejus declaratione perspicuâ &c. estque separatum quasi ad solius Dei significationem, cum hoc nulli creaturæ competat (*)

(*) *Plura videri possunt de his Titulis (a) apud Virum Illustrem B. Casp. à LILIEN Consil. Intim. Brand. & Consist. Præsid. qui plures titulos adduxit in Dissertat. suis Sacris Philologico Historico-Theologicis, (b) apud B. Hulsem. in Brev. enucleato à B. Scherz. p. 120. (c) apud Magnum VVasmuthum Philologum consummatissimum in Diss. de Nomine JEHOVAH. Nec non (d) apud Dn D. Pfeiff. Philologorum decus in Introd. in LL. Orient. ac denique (e) apud B. Gerh. & Buxtorf. in Lexicis.*

(†) Probatio desumitur ab imbecillitate argumentorum, quæ nobis objici solent. Ut nihil jam

jam dicam de testimonio Ebræorum, quorum nasutiores ingenuè fatentur hoc nomen יהוה non posse attribui Creaturis, ut ex suprà prolatis patet.

Nunc videamus & expendamus Photinianorum, Arminianorum, aliorumque Pseudo-Philologorum effugia, & ἀντιπίπτοντα, quibus adstruere conantur ex Nomine יהוה verum Deum non posse probari. Et quidem argumentum istorum generale est hoc: *Quodcunque nomen actu tribuitur creaturis in Scriptum S. illud non potest esse Nomen Dei proprium. Atque Nomen* יהוה *est tale &c.* Ergò. Major ex terminorum ἀσεσι liquet. Minorem, quia ipsis onus probandi incumbit, probant inter alia ex Gen. 16, v. 6. 9, 10. quô locô Hagar colloquitur cum Angelo, qui expressè appellatur Jehova. Inde inferunt: Si itaque Angelus potest vocari Jehova, sequitur, quòd hoc nomen Jehova sit communicabile creaturis, consequenter non erit proprium ipsius Dei.

Bz. (1.) Hæc objectio non ferit Thesin, quia suprà status controversiæ ita formabatur, quòd scil. vox יהוה in casu recto nulli creaturæ competat; Ast h. l. legitur Jehova in casu obliquo, cum dicitur angelus Jehovæ, non verò in casu recto. Quarè (2.) perinde esset, ac si colligerem Hæc mensa est Imperatoris, ergò mensa est ipse Imperator. Ridiculum! aut si quærerem: an

Pe-

Petrus Legatus sit Imperator, quia dicitur: Petrus est Legatus Imperatoris. ἄτοπον! (3.) Probandum incumbit Adversariis, quòd hîc agatur de Angelo creato, cum ex sequentibus pateat, quòd potius h. l. agatur de Angelo Increato, quandoquidem ipsi talia prædicata & Attributa tribuuntur, quæ in Angelum creatum nullatenus cadere possunt: dicitur n. Deus videns, i. e. omniscius. Quod prædicatum nulli Creaturæ est communi cabile.

Instas (I.) ex mente Photinianorum: ex Gen. 31, v. 11. seqq. ubi anglus Dei cum Jacobo colloquium instituit, illi præcipit, ut rursus se conferat in patriam suam.

℟. (1.) Hic locus planè impertinenter adducitur, quia ibi non extat vox יְהוָה sed vox אֱלֹהִים verba ita habent: וַיֹּאמֶר אֵלַי מַלְאַךְ הָאֱלֹהִים בַּחֲלוֹם v. 11. ubi ne vola, ne vestigium Nominis יְהוָה apparet. Et deinde (2.) positô non concesso, ibi legi vocem יְהוָה, legeretur in casu recto, esset que rursus Angelus increatus.

Instas (II) Act Exod. 3, v. 2. legitur angelus Domini apparuisse Mosi, qui[tamen fuit angelus creatus.

℟ (*a*) Iterum est angelus Increatus, quod probatur ex vers. 6. seqq. ubi dicitur Deus Abraham, Deus Isaac &c. quæ Prædicata rursus nulli Creaturæ competunt.

b) Hæc objectio ex cit. loco formata iterum

non

non attingit statum controversiæ, quia quæstio est: an vox יהוה in casu recto ulli creaturæ communicata legatur? Id quod negatur, probandum enim incumbit Adversæ parti, quod Nomen יהוה in casu recto non sit Nomen Dei proprium.

Instas (III.) ex Num. 22, v. 22, 24. ex quo loco ita argumentantur:

Qu. *Angelus impedivit progressum Asinæ, ille Angelus est Jehova. Atque Angelus creatus tale quid fecit.* Ergò.

R. (*a*) Major non firmò stat talò, quia unâ atque alterâ instantiâ infringi potest. Ergò Adversario prius probanda incumbit Deinde (2) falsum est, quod hoc loco tantùm de Angelo creato sermo sit. Quarè (3) duo h.l. confunduntur, Angeli scil. ministerium, & oris apertio; *Istud* Angelo creato tribuitur, *hoc* verò Jehovæ vers. 28. deinde (4) Rursus casus obliquus confunditur cum recto.

Instas (IV) ex Zach. 1. v. 12. & 11. ubi legitur: מַלְאַךְ יְהוָה angelus Domini. Sed Resp. etiam nihil ex hoc loco colligitur, quia (*a*) vox יְהוָה non in casu recto, sed obliquo legitur. (*b*) Quòd v. allegato loco sermo sit de Angelo Increato, probatur ex vers. 3, 4, & 5. Cap. III. ex qvo loco ita colligo: Quicunque ita peccata remittit, ut justitiam imputet, ille est Angelus increatus. Atque hic Angelus tale quid fecit. Ergò

Sum-

Summa : Exempla, quæ Adversarii hic in contrarium afferunt, aut non sunt contra Thesin, dum nominis יהוה *Casus obliquos cum recto confundunt, aut de Angelo Increato loquuntur.*

Instas (V.) Sed si spectemus Etymologiam nominis יהוה, videtur ista etiam argumentum suppeditare h.m: *Cujus nominis significatio non repugnat creaturæ, illius etiam communicatio non videtur repugnare. At qui hujus nominis significatio &c.* Ergò. Min. probant exindè, quia hoc nomen notat quidem essentiam, sed non divinam, verum essentiam extra Deum.

R. (1) Perindè, ac si colligerem: Essentia humanâ voce hominis denotata homini alato non repugnat, Ergo etiam homini alato est communicata, consequenter datur homo alatus, qui per aërem volitat, qualem ego nunquam vidi. Ridiculum! Ideo circa Maj. adhuc aliquid monendum esset.

(2) Tuum *videtur* solvitur per meum non videtur.

(3) Argumenta ab Etymologia petita non esse magni ponderis, siquidem unius rei plures Etymologiæ esse possunt, ex Logicis suppono. Nam si hoc valeret, tunc pari modo possem inferre: Poeta videtur posse deduci ab epota. Ergonè omnes Poetæ egregii essent potato-

tatores. Absurdum! Si respondes non esse veram Etymologiam, tunc habeo, quod volo. Quare

(4) R. *Ab Etymologia vera ad Etymologiam fictitiam, ridiculam, & interd. allusivam* N. V. C. Applico: Cujus Nominis *vera Etymologia* creaturæ non repugnat, illius etiam nominis significatio, quantum in se est, creaturæ est communicabilis. Transeat Maj. sed sic nego Minorem. (*Reliqua vide omninò ex professo & ex asse discursa, & discussa in Collegio Anti-Socin. B. Scherzeri*) Deindè quia hoc Nomen יְהוָה in Scriptura S. biformis legitur, ita ut mox punctis propriis instructa appareat, mox punctis mutuatitiis gaudeat, eâ ex re factum est, ut in hoc negotio Philologi in duas factiones dividantur: Alii istud legunt per Jehova & Jehovi, alii verò istud per Adonai & Elohim efferunt. Nos posteriori gregi associabimus, & Lectionem per Adonai & Elohim cum Aria Montano, Mercero, Schindlero, Amama, Scaligero, Drusio, Buxtorfio aliisq; intrepidè pronunciamus affirmativè certis de causis contra Fullerum, Gomarum, Leusdenium, aliosque, ubi (1) non probamus illam fabulam, quâ dicunt, posse fieri miracula, si legatur hoc nomen, nec (2) probamus Drusii sententiam, qui expressè asserit, committi peccatum in Spiritum S. si hoc nomen pronunciaretur, nec etiam Judæorum superstitionem, qui sub pœna mortis lectionem Jehova & Jehovi interdictam volunt,

sed

sed hanc sententiam de Lectione vocis יְהוָה & יְהוִה per Adonai & Elohim alteri per Jehova & Jehovi certis de causis, ut suprà monui, præferimus, eamque nonnullis rationibus tùm è Grammatica depromtis, tùm ab Autoritate quà humana, quà divina petitis confirmamus.

Quod attinet rationes, quas Grammatica nobis suppeditat, illarum una à natura literarum Bgad-Kphath petitur, quibus non inscribitur Dageschlene, nisi præcesserit Schva quiescens; Ast post vocem יְהוָה semper in literis BgadhKphath legitur Dageschlene, quod fieri non posset, nisi præsupponeretur lectio Adonai, tunc enim præcedit Schva quiescens; *Altera verò à Natura Particularum Assyriacarum simplicium* scil. בְּ, לְ, מִ, quarum istæ duæ per (_) accedunt excluso Schva sub Jod, hæc verò per (..) hoc modo: בֵּיהוָה, לֵיהוָה, מֵיהוָה, cum ordinariè dicendum foret בִּיהוָה, מִיהוָה &c. Sed si legitur בְּאֲדֹנָי contractè, & מֵאֲדֹנָי, tunc omnis difficultas tollitur. *Inquisitum Leusdenio*, esse exceptionem à Regulis Grammaticalibus de Præfixis, & literis בגרכפת.

R. (1) Perindè, ac si colligeretur: Deus non est in prædicamento. Ergo non potest dari ratio hujus exemptionis. ἄτοπον! (2) sit ita, quòd h. l. statuenda sit exceptio, potest tamen simul assignari ratio, quare excipiatur, quam in pronuntiatione antiquitùs usitata fundatam esse asseri-

mus. *Quod verò attinet autoritatem, quâ hanc nostram sententiam confirmatam volumus, dicimus ipsum Christum* hanc vocem non aliter ac per κύριον aut per ܡܪܝܐ in Syriasmo, quod idem ac Adonai valet, expressisse. Unde Christus quando allegat dictum Devt. VI, 16. לא תנסו את־יהוה אלהיכם vocem את־יהוה effert per κύριον Matth. IV, 7. Hinc hæc vox יהוה, quam Petrus in oratione pentecostali allegabat ex Ps. 16, 8. exprimitur per τὸν κύριον Act. 2, 25. per Dominum, non verò per Jehova (*)

Accedit, quòd omnes Judæi, quibus olim sancta Lingua fuit vernacula, eandem Lectionem habuerint. Audiamus saltem unum testimonium à Rabb. prolatum, שם של ד׳ אותיות אינו נקרא אך קרין אותו בכתבו כי אין לבטא אותו בפה בכנוי אדני וכן קבלנו קריאתו ממ׳ רעה: i.e. Nomen Tetragrammaton non legitur secundum scripturam suam, nefas n. est pronunciare illud in ore. Verùm enunciant id per cognomen Adonai, nam sic accepimus hanc lectionem à Mose præceptore nostro, qui est in pace.

(*) Lege omninò Magni Carpz. Disputationem de Nomine יהוה, in qua, ut solet, doctè hanc materiam pertractavit.

Verùm hîc facilè nobis dubium suboriri potest

test, quando videmus hanc vocem יהוה non iisdem semper gaudere punctis, ac si puncta non sint immediatè à Spiritu S. inspirata, sed potius à Masorethis, cum sic videatur Deum esse ens mutabile, & variabile. Quod prædicatum in Ens purissimum nullo modò cadit. Sed &c. *A Variatione & mutatione objectiva seu Terminativa ad Variationem & Mutationem subjectivam, & Principiativam* N. V. C. nulla propterea mutatio in Deo statuenda est, si puncta talia sunt à Deo. sicut n. Deus est Ens liberrimum; ita quoque liberè hanc vocem mox hisce, mox aliis punctis instruere valuit. Praterea etiam hæc punctorum variatio non caret mysteriô. Hoc equidem certum est, quòd hæc controversia de punctorum Antiquitate sit vexatissima, quæ semper ab utraque parte numerosos & acerrimos habuit defensores; Ab una parte negativam defendunt Papistæ (†) &alii Neo-philologi, qui puncta pro novitio Hebræorum invento habent: Ab altera verò Affirmativam adstruere conantur Nostrates, (*) cum

(†) Ut Bellarminus in sua Grammatica cap 2. Gordonus, Hundlæus. &c.

(*) Ita sentiunt nobiscum Nostrates Magnus Carpzovius Theologus consummatissimus in sua disp. de Nomine יהוה & Prof Publ. apud Lips. celeberrimus, ut & Dn. D. Bajerus Prof. P. apud Jenenses merentissimus. Quibus jungi possunt B. Scherz. in suo Syst. p. 13. Dn. D. VVasmuth9 Philol. consummatissimus, Brochmandus, B. Gerhardus in Harm. Evangelistarum, p. 439. B. Glass. in Phil. Sacra p. 17, 18, 36, 38. Alsted. in Encyclop. Hebr. Gram. c. 3. p 249. Fabric. in Partit cod. Sacr. c. 2. p. 8. Hotting. in Thes. Philol. p. 357.

quibus & nos faciemus, moti rationibus haud contemnendis, quarum

(I) *Primam desumimus ab Autoritate & testimonio Christi.* Matth. V, 18. ubi per *Jota* literas intelligit, quod literarum originalium minimum est in sacro codice: proinde argumenta pro literis Samaritanis, ubi Jod literarum non minimum est, sed maximum, pingitur enim ita ׳, in fumum abeunt; Deinde quòd per κεραίαν non solùm apices, seu coronulas, quæ VII literis in lege manuscripta Judæorum imponebantur, intelligat, sed etiam puncta (& Accentus) demonstro (א) *ex manifesta oppositione inter Jota & κεραίαν*, ubi Salvator noster expresè literas punctis opponit, & contradistinguit, quòd scil. citiùs cœlum & terra prætereat, quàm minutissima litera, & vocalis.

Inquis: Ast Christus loco citato per κεραίαν tantùm literarum corniculas intelligit, non verò puncta vocalia. Resp. (*a*) Sumitur hoc, sed non probatur. (*b*) Arguo à fortiori: Si Christus non vult concedere, ut minima literæ coronula pereat, utpotè quæ ad essentiam vocis non spectat, multò magis non concedet unum punctum interire, quippè quod ad essentiam vocis spectat, instar animæ respectu hominis.

(ב) Ex dicentis scopo, & totius contextus συναφεία. Quandoquidem Pharisæi falsam hypo-

pothesin fovebant, scil. se legi satisfacere posse ex asse, modò bona opera externa præstarent, quæ præcepta magna vocabant, licet internis scil. charitate, fide &c. destituerentur, quæ mandata minima vocabant. Quam falsam Thesin Christus confutat, & præconceptæ pharisæorum opinioni suam veram Thesin opponit, nonsufficere solum externa opera, si quis vitam æternam ingredi velit, sed requiri insuper etiam ut mandata (liceat mihi ita cum illis loqui) minima impleantur, scil. ut quis ex toto corde & ex tota anima Deum & proximum suum diligat, &c. Ex quibus conficitur, Christi mentem esse, quòd omnia mandata sivè maxima, sivè minima in lege debere adimpleri. Jam collige: Ergò puncta vocalia non voce κεφαίας designantur, vel non sunt à Deo inspirata. Absurdum! Perindè, ac si colligerem: Baculus stat in angulo. Ergò cras pluet.

II. Secundam Rationem depromimus à Pauli Viri Theologi Testimonio ex 2. Timoth. III, 16. ex quo dicto omnibus Pseudo-Philologis, aliisque, qui easdem tibias cum istis inflant, sequentem Syllogismum concoquendum proponimus:

Quicunque dicit πᾶσαν γραφὴν esse à Deo inspiratam, ille dicit Scripturam non tantùm esse à Deo quoad formale (s. sensum) sed etiam quoad materiale (scil. literas & vocales) à Deo inspiratam esse. Atqui divus Paulus hoc dicit &c.

Ergò. Consequentiam Majoris indubiam reddit expressæ literæ originariæ tenor, à quo, ut est Theologorum Regula, præter necessitatem non est recedendum.

Dicis cum Pseudo-Philologis: sensus & Literæ sunt à Deo, sed puncta à Masorethis sunt supposita.

Rs. (a) Hæc limitatio huic Textui inferenda è Scriptura est probanda; Jam verò nullibi legitur, restrictionem, aut universalitatem accommodam voculæ *omnis* esse factam.

(b) Hoc suppositò arguo ulteriùs: Paulus per πᾶσαν γραφὴν aut intelligit Scripturæ *formale* tantum, aut *materiale* tantùm, aut utrumque simul. Eligat Antagonista unum ex his. Si *Primum*, sequitur (1) paulum ut virum θεόπνευστον mentitum fuisse, quod de illo asserere impium esset. Præterea si Paulus vocalam omnis ita intellectam voluisset, tunc id sine dubio ex collatione Antecedentium & Consequentium, aut evolutione Loci Paralleli constaret, & erui posset; Ast neutrum est verum. Ex quibus ultrò consequitur, hanc Restrictionem esse merè confictam. (2) Huic expositioni manifestò reclamat additum Nomen πᾶσα, quod nihil excipit.

Urges: *Signum omne interdum notat Universalitatem accommodam, uti in sequente propositione: Cœlum tegit omnia præter se ipsum, quod ex Logica supponitur.*

Resp.

Resp. (a) Ineptè colligis: cum à Particulari ad Universale N. V. C. quod vel pueris notum est.

(b) Perindè, ac si colligerem: Copula est alicubi exponi potest per τὸ significat, quod tamen nondum est evictum. Ergò etiam in propositionibus sacramentalibus habet hunc sensum. Affaniæ! Ita etiam h.l. non sequitur: Signum omnis aliquando notat universalitatem accommodam. Ergò etiam hoc loco. ἄτοπον! *Sin verò Secundum*, habeo, quod volo, quia Scriptura secundum materiale absolvitur characteribus, & vocalibus, (quod alii (*) formale externum vocant) Ideò Scriptura S. dicitur מכתב אלהים Exod. 32, 16. γραφὴ, Matt. 21, 42. It. ἱερὰ γράμματα, 2. Tim. 3, 15.

Regeris: per Materiale tantùm literas intelligi, non verò puncta: Istæ sunt à Deo, hæc verò à Masorethis.

Resp. (a) Perinde, ac si colligerem: corpus hominis est quidem ab homine, seu traducitur: Anima verò est à Deo, seu creatur. Ergò homo generat hominem, vel: homo est causa hominis. Ridiculum! Sic Petrus, si haberet filium, istius non esset verus Pater, sed putatitius, quia tantùm corpus communicasset sine Anima. Quod profectò directè cum generationis ratione formali pugnat, quippè quæ formaliter & ut sic in-

(*) *Conf. omninò B. Scherz. Syst. Theol. p. 6.*

essentiæ communicatione consistit. (*) Ita si Spiritus S. tantùm literas inspirasset, profectò non dicendus esset causa efficiens principalis Scripturæ S. quia partem essentialem nobiliorem non inspirasset.

(b) Cerebrô vacat hæc exceptio, & est frivola, quia committit manifestam petitionem principii, cum rursus reclamet appositum Adjectivum πᾶσα omnis. Deinde quæro ex Pseudo-Philologo, quid per γραφὴν, & ἱερὰ γράμματα intelligat? Si respondet, literas intelligi, habeo quod volo, quia literæ ex indole Græcæ Linguæ non tantùm consonantes significant, sed etiam vocales. Proindè committitur Elenchus oppositorum. Sin denique *Tertium* assumserit pars adversa, habeo adhuc, quod volo.

III. Tertiam Rationem petimus ab argumentorum infirmitate quæ in contrarium afferri solent. Ubi nolo examen instituere istarum rationum, quas in contrarium attulit pro destruenda hac thesi Capellus, quia istas ex asse protrivit B. Buxtorfius, sed tantùm sub censuram revocabo B. Kohlhansii rationes, quibus Orthodoxam nostram sententiam oppugnare ausus est. Et quidem.

Excipit (1) B. Kolhansius ad dictum Matt. V. v, 18. Non sequitur per Jota intelligi consonam, Ergò per κεραίαν vocalium & Accentuum apicem. Nam κε-

(*) Lege B. Thom. Phys. & B. Scherz. Brev. Eust.

κεραία *literarum apiculos sive cornicula significare potest ac debet: ea cornicula, quæ manifesta sunt in libris Hebraicis illis, quibus Judæi describunt volumen legis. Hæc vox non exiguum aliquid per se existens & separatum corpusculum (qualia sunt puncta vocalia & Accentus) significat, sed majoris corporis particulam quandam sivè corniculum aliquod (quod ipsa vocis κεραία notatio indicat) seu corniculatas illas eminentias, quæ in literis plerisq; hebraicis sunt conspicuæ. Itaq; sensus Christi hoc loco hic erit, non modò ne unam quidem, eamque minimam totius legis literam, sed ne literæ quidem unius corniculatam eminentiam, minimamque Particulam irritam fore.* Sunt verba ipsius Kolhansii, quem de jure vocare posses SCHWARZHANSIUM, quia ut Spiritus ater in Scripturam involat, eique aliquid detrahere conatur in Exercitationibus suis Glotticis, quas adornavit contra magnum Wasmuth. p. 80, & p. 309. ubi expresse dicit, *quod vox κεραίας non sit pars separata, sed rei adhærens. Vocalia autem puncta sunt partes vocum separatæ. Itaque non potest de punctis neq; vocalibus accipi* &c. &c.

℞ (1) B. Kolhansius falsam supponit hypothesin, ac si vox κεραίας semper notet corniculam quandam seu literæ eminentiam, cum etiam, ceu ex librorum lexicorum inspectione patet, pun-

(*) Inspice Pas. Lexicon.

puncta designet. (*) Deinde (2.) Positô, non concessô vocem κεφαίας in hoc vel isto loco notare corniculam. Ergò etiam hoc loco. Cum à particulari ad Universale N. V. C. (3) Tandem confundit etiam potentiam cum Actu, adeoque peccat contra Reg. *A potentia ad Actum N. V. C.* Perindè, ac si colligerem: B. Kolhansius potuit fieri Doctor. Ergò statim fuit Doctor. (4) Taceo Absurdum, quod ex hac falsa hypothesi sequeretur, nimirum posito semper & ubique vocem κεφαίας notare corniculam, & nunquam puncta, tunc hoc absurdum ex Christi verbis flueret, Christum manifestum mendacium commisisse, quia etiamnum nullibi in Exemplaribus fide dignis tales corniculæ super VII. literis שׁעטנזגץ apparent, cum cælum & terra nondum præterierit, id quod argumento esse potest, Christum tum temporis primariò per vocem κεφαίας puncta vocalia intellexisse & indigitasse.

(*b*) Regeris: B. Kolhansium non corniculas separatas intelligere, sed literarum tantum Eminentias. Committitur igitur elenchi ignoratio.

Resp. Sit ita: per κεφαίαν intelligi tantùm literæ Eminentiam, tunc sequeretur Christi Oppositionem inter Jota & κεφαίαν esse nullam, quia talis vel talis eminentia est de talis vel hujus literæ substantia. Et si una Eminentia tolleretur,

ta-

tamen semper alia rediret. Quod si verò omnes alicujus literæ eminentias tolleres, certè nihil de literæ substantia ampliùs remanebit. Illustro hanc rem ex Philosophia, v. gr. sit mensa rotunda, hîc rotunditas respectu hujus vel illius mensæ in individuo est de Essentia hujus mensæ. Jam absurdus is esset, qui vellet oppositionem instituere inter mensam rotundam, & ipsius rotunditatem, cum rotunditas sit de istius essentia: Sublatâ enim hujus mensæ rotunditate, ipsius mensæ rotundæ essentia tollitur; Et ita quoque cum literæ alicujus extremitate se res habet.

(6.) B. Kolhansii argumentum esset tale: Quicquid est pars literæ adhærens, illud non potest esse (vocalis) punctum. Atque cornicula s. literarum Eminentia est tale quid &c. Ergo. Sed ego Bz. (a) Per Inst. Atque in Ling. Æthiopica omnes vocales adhærent literis. Ergò non erunt vera puncta. Quicquid Kolhansius responderit ad hoc, illud & responsum erit ad illud. Proindè Major est falsa, quia etiam puncta literis adhærere possunt.

Deinde (b) falsum est, quòd coronulæ seu literarum apices, ceu antiquitùs literis imponebantur, non sint etiam aliquid per se existens, & separata corpuscula, v. gr. annon coronulæ τῶν Ὑsuperscriptæ sunt etiam separata corpuscula, æquè ut hæc vel illa vocalis literæ adhærens? Quare

(c) B.

(c) B. Kolhansius opponit subordinata, ac si illud quod adhæret, non possit quoque esse corpusculum. Quæro ex Kolhansio, annon v. gr. vocalis Patach eodem modo infrà literæ adhæreat, quô coronula supra adhæret? Profectò si ex mortuis resurgeret, respondebit affirmando: quandoquidem Patach, quod ita pingitur, & coronula, quæ ita pingitur ◌ּ, æquè est corpusculum separatum.

Excipit (II.) *B. Kolhansius certum est nullas voces proferri posse, nisi interventu vocalium: non tamen inde sequitur, nudis consonis scriptam, sine vocalibus legi & intelligi non posse. Omnes enim Judæorum Commentarii, totum Talmud, denique Judæorum libri (sacris exceptis) ad unum fermè omnes solis nudisque consonis scripti sunt, & tamen expeditè leguntur, & intelliguntur: idque inde fieri potest, quia positis & signatis consonis, vocales, quæ illis aptari debent, ut singulæ voces inter legendum audiantur, facile suppleri & divinari possunt ab iis, quibus Lingua illa familiaris est, ubi aliqua accessit exercitatio.*

℟. (I.) In genere. Tota objectio, quanta est, non videtur directè Thesi contradicere. Nam Thesis nostra est hæc, quod scil. puncta Spiritus S. immediatè cum literis Amanuensibus inspiraverit, sed objectio loquitur de possibilitate absentiæ vocalium, quòd scil. vox nudis consonis exarata sine vocalibus legi, & intelligi possit. Id

quod

quod nos non negamus. Hinc multa Bibliorum Exemplaria sine punctis typis excusa prostant. Collige: Ergo puncta literis non sunt coæva. ἄτοπον!

Quare (2) à Talmudis lectione ad lectionem Bibliorum abstractis omnibus punctis N. V. C. quia

(1) Ibi præsupponitur Analogia Grammaticæ istiusque omnimoda cognitio.

(2) Stylus Scriptorum Rabinicorum est diversus à stylo Biblico, quia Scripta Rabbinica faciliùs intelligi possunt, quam Scriptura S. vocalibus instructa.

(3) Non tanti esse putatur, si quis cespitet in Scriptorum Rabbinicorum lectione; sed majoris commatis esse putatur, si quis errorem in Scriptura S. committit, dum peccat in hunc vel illum fidei articulum, à quo fidei nostræ salus (*) dependet.

Excipit (III) *B. Kolhansius: Concedimus Scriptum V. T. à Deo esse tùm quoad verba, tùm quoad sententiarum distinctionem. Sed negamus inde effici, punctorum & Accentuum figuras ab ipsis sacris scriptoribus esse consonantibus additas, quia ex vocum, licet punctis nudarum, serie, & structum dignoscitur certò, quomodo singulæ voces sint punctandæ, quidve significent, atque ubi cola, commata, periodi.*

(*) *Ita loquitur Magnus Pfeiff. Philologorum dilicium apud Lipsienses in Herm. Sacra p. 15. seqq.*

riodi sint adhibenda; quia si aliter, quàm oportet, adhibeantur, exurget inde nullus, aut insulsus, & absonus falsusque sensus.

Bz. (1) B. Kolhansius manifestam committit contradictionem, quando dicit: Verba quidem esse à Scriptoribus θεοπνεύστοις, non verò puncta, & Accentus. Perindè, ac si dicerem: B. Kolhansium ut hominem suam originem ducere quidem à Parentibus suis, non v. corpus & Animam, cum hæc possint esse à Deo. Absonum!

Deinde (2) Falsum est, quod significatio (seu sensus) certò possit colligi ex vocum serie & structura, si puncta non substrata fuerint.

Profectò si ex sola textus structura sit judicandum de sensu, tunc interd. in uno loco sensus ambiguus & incertus existet. Quæ sententia è diametro cum Scripturæ Sacræ perspicuitate pugnat. Profectò solus consonantium positus in multis vocibus planè esset ambiguus v. gr. exempli loco sit דבר, quæ vox mox per דֶּבֶר pestis, mox per דָּבָר verbum, mox per דִּבֶּר locutus est, exponi potest. Dic mihi mi Kolhansi, qualem sensum fundant sequentia duo vocabula קולהאנסיאוס הלרט? respondebis fortassis, si adhuc viveres: Kolhansius laudavit. Sed quid si alius insusurret? Kolhansius insanivit, nam in Kal significat insanivit, in Piel verò laudavit, certe nomen posterioris prædicati tantus Philologus vix sustinebit. Ecquis igitur me cer-

certum reddet, quæ punctatio, & consequenter significatio sit acceptanda, si talis vox non punctata occurrat, quæ alias diversorum punctorum est capax?

Inquis: Ast Libri Hebraici ante Christi adventum punctis caruerunt. Ergo postmodum à Masorethis fuerunt apposita. Resp. (a) Hoc non absolutè & universaliter est accipiendum, ac si indifferenter omnia Exemplaria punctis caruissent.

Quarè (b) ut res evadat clarior, distingvendum esse puto inter Biblia privata sive particularia, & inter Biblia Publica & Authentica. Illa punctis caruerunt ob rei difficultatem, ante inventam artem typographicam, hinc etiamnum Cap. 7. Num. fermè per totum punctis destituitur: Hæc verò utique erant punctata, quippè quæ in Synagogis legebantur ob religionis necessitatem. Quò sine dubio etiam respexisse B. Scherzerum autumo quando distingvit inter Exemplar Bibliorum Sacrum & Vulgare in suo Syst. p. 14. Deindè (c) etiam nostram sententiam stabilire possumus ex Libro Zohar, qui omnium Hebræorum consensu ante Masorethas, & editum Talmud, est conscriptus, in quo super Canticum Canticorum hæc verba leguntur: *Nullæ possunt literæ proferri in hanc aut illam partem, nisi cum punctis, literæ sunt tanquam cor-*

pus sine anima, quum adveniunt puncta, constituitur in sua natura. Imò etiam in eodem libro mentio fit punctorum, intellige, Hireck, Holem, Schva &c. ut & Accentuum.

אַחֲרֵי־כֵן post hæc, postea) Sunt duæ particulæ Systaticæ p. 92. Cap. IV. quarum prior vinculô Maccaph est affecta, cuius officium in eo consistit, quòd Tonum à voce præcedente auferat, & longas vocales in breves corripiat. V. Fund. VI.

Deinde Accentus, qui afficit Patach, ut Syllabam absolvere queat, dicitur Euphonicus, qui in prioribus Syllabis locum habet p. 27. Cap. 1. posterior verò scil. כֵּן quæ destituitur Dageseh leni, quia nec vers. inchoat, nec stat post Accentum Tonicum nec etiam præcedit Schva quiescens p. 21. C. 22. alias significat rectè, sic &c. Sed si construitur cum Particula אַחֲרֵי tunc significat posteà, à Radice, seu Themate כון disposuit.

אֶשְׁפֹּךְ effundam) Est Verbum, & quidem 1. Fut. in Kal. à Rad. שָׁפַךְ effudit.

Quod quia ad formam & Analogiam הפקל אֶפְקֹד est informatum, ideò ulteriùs nihil est addendum.

אֶת־רוּחִי Spiritum meum) Hic prior vox est Nota Accusativi Casus, (NB. Notulas Casuum in Idiotismis invenies) rursus cum vinculo Mac-

Maccaph, extra illud habet Zere, quod h.l. in (ֵ) est mutatum ob Accentum Tonicum ablatum ex Fund. VI. p. 238. Can. II. Posterior verò vox est Nomen in statu Affixionis cum Pronomine Conjunctivo, seu Suffixo Jod, p. 48, C. 40. à statu Absoluto (qui in Lexico investigandus est) רוּחַ Ruach, non Rucha, quia in fine est Patach furtivum, quod pro Schva Quiescente adhibetur sub tribus literis finalibus ה & ח, ע, p. 18, Exc. 3. Gen. Com. p. 31. Exc. a. Nudum, quia solis Radicalibus constat, p. 28. C. 27. ubi communem Analyseos processum, ceu suprà in Consilio monui, paulisper inverto. Et hoc procedit, si Nomen est Pluralis, aut Dualis Numeri, aut si in statu constructo vel Affixionis legitur. Lege Consilium suprà à me prolatum de Analysi rectè instituenda.

עַל־ super) Est Particula Systatica, quia per se, non auxiliô literarum servilium, dictionem separatam constituit, p. 92. Cap. IV. cum vinculo Makkaph, de quo suprà egimus. A radice עָלָה ascendit, à qua etiam descendit vox מַעֲלֶה־ cum duplici litera servili, alterâ מ, altera verò ל, quæ notat Supra, quâ voce sedes Accentus Tonici designatur. Hinc si Tonus apud Hebr. est in pen. vox dicitur Milhel; Contrà verò si est in ultima, vox dicitur מִלְרַע, רַע verò est dictio Chaldaica, significans infrà, quando scilicet Tonus manet infrà, i. e. in ultima. Nun-

quam verò in L. S. Tonus est in Antepen. ceu apud Arabes. Lege p. 26. Exc. 1. & 2.

כֻּלּוֹ omnem) Est Nomen Adjectivum cum vinculo Makkaph. Extra vinculum legitur כֻּל, sed h. l. ob Accentum Tonicum ablatum Holem in Kamezchatuph est mutatum, ex Fund. VI. Membr. II. p. 238, 239. Caph habet Dageschlene seu indurans, quia præcedit Schva Quiescens p. 21. à Radice כָּלַל perfecit. Notanter verò dixi, *Adjectivum* contra nonnullos Pseudo-Philologos, qui hoc habent pro Substantivo, adeoque vertunt per *omneitatem*, ceu Philosophi ex Asino faciunt ultimum Abstractum scil. *Asineitatem*, quam sententiam exindè probare satagunt, quia non admitteret Terminationem Fœmininam. Sed Resp. (a) Perindè, ac si colligerem: Vox צְרִיק etiam non admittit terminationem Fœmininam; Ergonè similiter esset Substantivum? Absonum! (b) Annè motio ut sic Adjectivo suam dat formalitatem? Quis quæso hoc affirmabit? ἄλογον! Ex quibus vltrò sequitur, quòd Motio ut sic, Adjectivum non formalizet.

בְּשָׂרוֹ carnem) Est Nomen Milra p. 25, C. I. (1) Nudum, quia solis Radicalibus Constat p. 28. (2) Gen. Masc. quia in Radicalem desinit, p. 30, C. 30. (3) Sing. Numeri, p. 37. (4) In statu Absoluto p. 41. Et quia nulla punctorum mutatio apparet, statim ad Radicem pergendum, quam expe-

expeditam dabimus cum sua formalitate in Analysi Grammatico-Homiletica.

וְנִבְּאוּ & prophetabunt) Est Verbum, & quidem tertia Pluralis Præteriti Niphal cum Vav conversivo p. 88, C. 69. à Radice inusita נבא.

Ad Analogiam נִפְקְדוּ dicendum esset וְנִבְּאוּ, sed quia est defectivum Pe Nun (פ"נ) omne Nun Schva Quiescente notandum deponitur, & per D. F. notatur ex Can. I. p. 127. Cap. VI.

בְּנֵיכֶם filii Vestri) Est Nomen Pluralis Num. in statu Affixionis cum suffixo gravi כֶם, ob quod Nomen prius in Regimine est ponendum p. 55, C. 49. à statu Absoluto בָּנִים, sed ob Regimen יכם. in ֵ vertitur p. 41. deindè (ָ) penult. in Schva mutatur etiam ob Regimen Fund. II. p. 224, Can. IV. à Radice בָּנָה ædificavit, eò quòd in filio consistat structura, conservatio, & propagatio domus paternæ & familiæ. Lege Buxtorf. Lex. Rabb. Talmud. p. 319. & Glass.

וּבְנוֹתֵיכֶם & filiæ vestræ) Est Nomen Plur. Fœm. in statu Affixionis cum Suffixo gravi כֶם p. 55. Jod est insertum ex Can. p. 62, C. 54. & cum Particula Alystatica Simplici Vav p. 86, C. 86. quod h. l. pro Schva ordinario habet Schurek ob sequentem Labialem, p. 87. ab Absolu-

luto בָּנוֹת, sed (ת) pen. h. l. in Schva est mutatum ob Regimen ex Fund. II. p. 224. à Sing. בַּת filia, ubi observa, si melioris doctrinæ gratiâ singularem conceperis בָּנָת, tunc pluralis formatu erit facilior. Radicem eandem cum בֵּן agnoscit.

זִקְנֵיכֶם Senes Vestri) Est Nomen plurale in statu Affixionis cum Suffixo gravi כֶם p. 55. ab Absoluto זְקֵנִים Senes, sed ob Regimen ים, in ֵ„ p. 41. est mutatum Deindè Zere penultimum in Schva transiit similiter ob Regimen, ex F. II. p. 224. ubi prius Schva in Hitek p. est mutatum ex Can. 1. de Schva p. 240, Can. 1. à Sing. זָקֵן Senex, in Plur. (ת) in Schva mutatur ab Incrementum ex Fund. I. p. 207, Cap. VII. ob quod Zere finale aliàs ordinariè in Schva mutandum h. l. mansit ex F. I. p 209. Coincidit cum Radice, quia nonnullæ Radices desinunt in („), nonnullæ verò in Holem, p. 97.

חֲלֹמוֹת Somnia) Est Nomen Plur. in statu Absoluto à Singul. חֲלוֹם, desinit in וֹת, quia est Heterocliton p. 39. Cap. 11. Præterea est Gen. Masc. quia in Radicalem desinit, p. 30, Cap. 11. Nudum, quia solis Radicalibus constat p. 28, Cap. 11. à Radice חָלַם somniavit.

יַחֲלֹמוּן somniabunt) est Verbum & quidem 3. Masc. plur. Fut. in Kal cum Nun paragogico, quod

quod in Fut. post ו adhibetur p. 79, Cap. III. à Radice חָלַם ad formam dicerem יִחְלְמוּ, sed ob Accentum Tonicum retractum Schva mutatur in Holem, ex quo ortum est, ex Fund. VI. p. 237, Cap. VII, Exc. (b). Sed hîc observa, quando accedit Nun paragogicum, tunc Accentus quidem manet in ultima formaliter, sed virtualiter in penultima, ea de causa etiam Schva præcedens in punctum Originale redit.

בַּחוּרֵיכֶם Electi vestri, seu juvenes vestri) Est Nomen Plurale Masc. in statu Affixionis cum Suffixo gravi כֶם p. 55, Cap. III. ab Absoluto בַּחוּרִים, sed ob Regimen ים. in ֵי p. 41, Cap. II. à sing. בַּחוּר. *Dicis*: Sed Patach utpote vocalis brevis non videtur absolvere syllabam cum sua Consona. Resp. utique Patach h. l. cum sua Consona absolvit Syllabam: stat enim pro longa scil. (τ), est enim Nomen formæ מַבּוּר, adeoque dicendum esset בַּהּוּר, sed quia ח est incapax ⅋ Dagesch, ideoque excluditur, & non semper per longam compensatur p. 229. ex F. III. à Radice בָּחַר elegit.

חֶזְיֹנוֹת Visiones) est Nomen plur. in Regimine ab Absoluto si ille in usu esset, הִזָּיוֹנִים sed est Heterocliton, habens terminationem fœm. pro Masculina, p. 39. Deinde (τ) penult. in Schva est mutatum ob Regimen ex Fund. II. p. 224, Can. IV. exclusô insuper D. F. è litera Schvata p. 23, obs. 2. Tandem (ְ) cum (ֶ) est

est permutatum ob Euphoniam à sing. חָיָן à Radice חָוָה vidit.

יִרְאוּ videbunt) Est 3. Plur. Fut. in Kal à Radice רָאָה vidit. Ad formam seu Analogiam יִפְקְדוּ dicendum esset יִרְאֵהוּ, sed quia est quiescens Lamed He (ה) ideò He positivum ante Augmentum Asyllabicum deponitur cum prævia vocali ex Can. VII. Membr. II. p. 179, Cap. VI. Schva dicitur quiescens h. l. quia refertur ad præcedentem Syllabam p. 20, C. 21. Cap. I.

וְגַם Et Etiam) Est Particula Systatica p. 92. cum Particula Asystatica simplici Vav, quod habet suum Schva ordinarium p. 86, Cap. IV.

עַל super) suprà adfuit.

הָעֲבָדִים Servos) Est Nomen Plur. Masc. in statu Absoluto cum Particula Asystatica He, (quod vulgò He Emphaticum dicitur,) quod pro Patach ordinario habet (ר) ob exclusum Dagesch Forte p. 83, in Exc. à Sing. עֶבֶד, sed ob *Incrementum* Sægol ultimum in (ר) est mutatum, & penult. in Schva ex Fund. I. p. 211, Cap. VII. quod Schva quia est mobile sub gutturali in (ֲ) transiit ex Can. III. de Schva p. 244, Cap. IIX. à Radice עָבַד coluit, fecit.

וְעַל־הַשְּׁפָחוֹת & super Ancillas) prior vox

vox ſuprà ſuit reſoluta, poſterior verò eſt Nomen plur. Fœm. cum particula Aſyſtatica He, ſeu He Emphatico, à Sing. שִׁמְחָה, eſt Gen. Fœm. quia deſinit in ה, p. 31, Cap. II. ſed h. l. Schva in (ר) in plur. ob Incrementum tranſit & Hirek p. ſub שׁ in Schva, p. 212. Not. (a) eſt enim Nomen formæ שִׂמְחָה *Unô verbô:* Si melioris doctrinæ gratia in Sing. conceperis שָׂפָה, tunc facilè omnem difficultatem ſuperabis. A Radice inuſitata שפח.

בְּיָמִים In diebus) Eſt Nomen Plur. Maſc. in ſtatu Abſ. cum Particula Aſyſtatica Beth, p. 87, cui D. L. eſt inſcriptum ob præcedens Schva, Quieſcens p. 21. Cap. I. quod Emphaticè eſt præfixum p. 89, à ſing. יוֹם dies. In plurali (ו) mutatur in (ר) ob Incrementum ex Fund. I. p. 214, Cap. VII. Radix ex Arabiſmo reſtaurari poteſt.

הַהֵמָּה Illis) Eſt Pronomen Abſolutum, Perſonale, & quidem tertiæ Perſonæ cum Particula Aſyſtatica He, ſeu He Emphatico, quod pro (_) ſub ſe habet (ר) ob excluſum D. F. p. 83. In fine autem legitur He Paragogicum p. 78, obſ. (e) ab Abſol. הֵם Illi p. 43. Reliqua tria vocabula ſuprà à Nobis reſoluta ſunt.

SECTIO II.

exhibens

Analysin Grammatico-Homileticam, seu Theologico-Exegeticam.

Ego) Non intelligitur propheta Joel, qui hoc vaticinium quidem describit, sed ipse Deus, id quod patet (a) *ex antecedente versiculo 27.* ubi expresse vocatur יְהוָה, quæ vox soli Deo competit, ceu suprà probavimus. (b) *ex Locorum parallelorum inspectione* in margine adiectorum, Esa. 44, 3. & vel maximè ex Act. 2, 17. ubi expressè fit mentio ipsius Dei. (c) *ex Prædicato*, scil. effusione Spiritus Sancti, quod certè nulli creaturæ, sed soli Deo competit. Quia verò vocabulum Jehova seu Deus (quod ex Loco de Deo notum suppono) dupliciter accipitur ἐσιωδῶς, vel ὑποστατικῶς, quæstio oritur, quomodo hoc loco accipiatur. Resp. non ἐσιωδῶς, quia Spiritus S. non est effundens, sed effundendus, verum ὑποστατικῶς scil. de filio Dei est accipiendum, quod è Textus συναφεία evinci & ostendi potest. Deindè quia est Fautor omnium Bonorum Spiritualium 1. Cor. 12, 11. ac fons omnis gratiæ, Joh. 1, 16. sed & imprimis quia Petrus testatur eum fuisse, postquam ad dextram Dei esset exaltatus, Act. 2, 33.

Post hæc, vel posteà) Intelliguntur dies novissimi,

simi, ut patet ex Loco parallelo Act. 2, 17. per dies verò novissimos intelligitur tempus N. T. quod tùm à Prophetis, Esa. 2, 2. tùm ab Apostolis Act. 2, 17. indicatur i. e. ego filius Dei, (*) postquam ex muliere natus fuero, ac cursum meum in his terris conficiendum consummavero, Act. 10. 38. jamque in cœlum sublatus fuero, mittam tunc alium paracletum, Joh. 16, 7. Act. 1, 8.

Spiritum meum) Paraphrasis Chaldaica reddidit: Spiritum Sanctum meum. LXX. Vulgata, & ipse Apostolus Petrus in Loco Parallelo reddiderunt de Spiritu meo. Quô ipsô indicatur effusionis mensura, prout enim Spiritus sanctus datus est capiti Christo sine mensura Joh. III, 37. Ita membris datur ad mensuram. Est autem Spiritus Vocabulum ambiguum, quod sumitur dupliciter (1) *pro Spiritu finito, seu creato,* & sic notat vel substantiam materialem, scil. ventum, ut 1. Reg. 19. 11. vel substantiam immaterialem, scil. Animam, ceu Prov. 29, 11. coll. Eccl. 7, 10. (2) *pro Spiritu infinito, seu Increato.* Quô sensu notat vel ipsam divinam, seu tertiam Divinitatis personam, ut Ps. 33, 6. vel ipsius dona, Joh. 7, 39, Act. 19, 2, 6. Hoc locô vel maximè posterior significatio attenditur, ita quidem ut invisibilis Personæ manifestatio non excludatur,

Effun-

(*) Conf. omninò B. Tarnov. Commentar. super hunc Locum p. 117.

Effundam) Ubi Thema שָׁפַךְ effudit in textu originali bipartitæ subsistat significationi, propriæ scilicet & Metaphoricæ. Usurpatur ergò (1) *propriè*, de materia quadam fluida & liquida, sivè illa sit sangvis, Gen. 9, 6. Levit. 17, 4. sivè vel maximè aqua, Ps. 22. 15. (2) *Impropriè*, *seu Metaphoricè*. Ubi si legitur de *rebus creatis*, tunc formaliter includit aliquam mutationem, eamque vel *Spiritualem*, ut 1. Sam. I. 15. coll. Job. 30, 16. vel *Spiritualem & physicam simul*, ut Ps. 73, 2. sin verò usurpatur de *Ente Independente*, scil. Deo, virtualiter includit saltem mutationem aliquam physicam in objecto, seu in Creaturis, ut Ezech. 22, 22. & tunc pro diversa Constructione cum hoc vel illo nomine diversum etiam habet sensum. Hoc locô denotat copiosam largitionem & distributionem Spiritus sancti donorum, quæ sequetur tempore N. T. Collatio ita institui potest: Nam sicuti anima, preces, cor dicuntur effundi, 1. Sam. I, 15, Job. 30, 16, Ps. 42, 5. Ita, Ps. 29, 6. sangvis, cum homo planè interficitur, Gen. 9, 6. &c. (†) Ita Spiritus sancti dona Apostolis & aliis sub initium N. T. viventibus tam largè conferentur, adeò ut effusa dici queant.

Super omnem carnem) Vox בָּשָׂר quæ legitur in Textu originali, mox supponitur pro altera parte essentiali compositi scilicet corpore, ut

(†) Lege B. Tarnov. comment. super hunc Locum.

ut 2. Reg. 5, 14. mox pro toto Suppositio, ut Esa. 40, v. 6. Supponitur verò h. l. non *Suppositione absolutâ*, ac si Spiritus Sanctus impiis persecutoribus, Simoni Mago & aliis fuisset collatus, sed *Suppositione Accommodâ*, restrictione scilicet factâ tantum ad omnes peccatores conversos ac credentes, agnoscentes, se tantum esse carnem, Gen. 6, 3. hoc est, valde corruptos Eph. 4, 22. Descendit autem à Radice בָּשַׂר, quæ significat formaliter, læta annunciavit, & carnea, seu mollia, elegantissimâ Emphasi: Nam sicuti apud Hebræos dura loqui est triste nuncium. (vid. hujus Ebraismi vestigium Joh. 6, 60.) Ita e contrà læta nunciare est loqui carnea, id est, mollia. Propterea in Loco de Evangelio nervosè & notanter Spiritus Sanctus adæquatum Evangelii objectum voce carnis innuit. Ut adeò Evangelium sit annunciatio Incarnationis, & lætum nuncium fundatum in carne, & merito Christi.

Et prophetabunt filii vestri, & filiæ vestræ) Loquitur Propheta pro more V. Testamenti, ubi tres erant revelationis divinæ modi, scilicet, Prophetia, Somnium & Visio, ceu videre est ex Num. 12, 6. Job. 33, 15. Os. 9, 7. Act. 2, 17. Prophetia autem hîc non significat tantùm donum futura prædicendi, quô & in N. T. præditi fuerunt Apostoli, Rom. XI, 25, 2, Thes. 2, 8. 2. Tim. 4, 3. & nonnulli alii, ut filiæ Philippi Act. 9. sed & imprimis facultatem intelligendi, & explican-

plicandi Prophetarum oracula de Christo, ejusque officio ac beneficiis, 1. Cor. 14, 3. Rom. 12, 7. quod donum itidem fuit collatum in N. T. non tantùm Apostolis, prout Christus promiserat, Joh. 16, 13. sed & aliis, 1. Cor. 14, 29. imò & filiabus & fœminis, 1. Cor. XI, 5. Rom. 16. 3. Notanter verò dicit Propheta, *filii vestri, filiæ vestræ*, quibus verbis indigitat in N. Test. nullum sexûs fore discrimen.

Senes vestri Somnia somniabunt, & juvenes vestri visiones videbunt) Et sicuti in N. Test. nullum sexûs erit discrimen; ita quoque nulla ætatis erit differentia. *Per senes & juvenes* intelliguntur præprimis Apostoli, aliique ex Judæis, super quos tempore N. Test. Spiritus Sanctus visibiliter est effusus, ut Petrus, Johannes, ceu patet ex Act. 2. *Per Somnia vero & Visiones* intelliguntur immediatæ Dei revelationes; loquitur enim Propheta pro more V. Test. in quo tres revelationis modi erant, uti suprà monuimus. Ita Deus voluntatem suam aperuit Paulo per Somnium, Act. 16, 9. per Visionem Petro, Act. 10, 10, 11.

Etiam super servos & ancillas diebus illis effundam Spiritum meum) Hîc servi & Ancillæ opponuntur hominibus Liberis, & promittit Deus Spiritus sancti effusionem super servos & ancillas tempore Novi Testamenti, quia in illo sublatum erit discrimen personarum, nullus erit Ju-

Judæus aut Græcus, neque servus neque liber, neque mas neque fœmina, Gal. 3, 28. coll. Coloss. 3. 11. nullum erit discrimen ætatis, sexus, conditionis, hominum, non jam amplius ex tribu certa eligentur sacerdotes, sed omnes erunt sacerdotes spirituales 1. Petr. 2, 9.

SECTIO III.

exhibens

Analysin Logicam.

Antequam verò pergamus ad Analysin Logicam, priùs dispiciendum est, in quo genere sit hic Textus. Est verò in genere consolatorio, si eundem consideres ex scopo principali, seu respectivè habitô scilicet respectu ad Antecedentia & consequentia, quia Species est Dei promissio (s. Erectio) objectum est largissima (facta Ecclesiæ Nov. Test. antea in calamitate constitutæ de Spiritus sancti effusione) Spiritus sancti effusio. Postquam enim Propheta in Antecedentibus vaticinatus est de magna calamitate, & hanc ob causam ad seriam pœnitentiam adhortatur, subjicit deinde pœnitentiam agentibus consolationem à Dei Beneficiis (1) Corporalibus (2) Spiritualibus. Beneficiorum Spiritualium tria adducit (a) Messiæ missionem, (b) Spiritus sancti effusionem & (c) regni sui, seu Ecclesiæ Institutionem & propagationem. Nunc investigatô genere sequitur Analysis, seu Resolutio

tio Logica, & quidem quia in hoc Textu dogmatico sola Thesis, seu propositio Logica apparet, resolvenda est in circumstantias, seu argumenta Explicantia, ubi (1) quis? Ich. (2) quando seu tempus, Nach diesen. (3) Actus, cui modus includitur, ausgiessen. (4) objectum, wen? Meinen Geist. (5) objectum cui? über alles Fleisch/ (6) eventus, vel potius effectus consequens, und eure Söhne und Töchter sollen weissagen/ &c.&c.

Jam factâ Resolutione sequitur dispositio Naturalis, & quidem Propositio componitur ex Specie & objecto hoc modo: Des Propheten Joels tröstliche Verheissung von der Ausgiessung des heiligen Geistes über die Christliche Kirche Neues Testaments. *Partitio:* Quæ quidem aliàs, si Thesis est brevis, per Argumenta Explicantia instituitur, sed quia h. l. multa apparent, ideò ea contrahemus, ut Partitio bimembris evadat. Da wir zu erkennen haben (1) *hujus Effusionis Qualitatem*, dieser Ausgiessung Beschaffenheit. Und denn (2) *hujus effusionis Utilitatem*, dieser Ausgiessung herrliche Nutzbarkeit.

Subdivisio primæ partis instituitur per argumenta Explicantia, quæ suprà in Analysi adfuerunt. Subdivisio verò secundæ partis fieri potest per tres Species (1) Prophetiam (2) Somnia (3) Visiones. Quælibet verò Species deindè in Subjectum & Prædicatum dividi potest. Tantùm de dispositione.

Jam

Jam si ad Elaborationem huius textus pergere vellem, tunc de argumentis amplificantibus mihi cogitandum est. Sit igitur (1) *circumstantia subjecti amplificanda.* Hic primum. Amplificans peti potest ab *opposito* hoc modo:

Anlanget die Person / welche den heiligen Geist auszugiessen verspricht / so wird durch dieselbige alhier nicht etwan eine irdische Person als der Joël verstanden / denn die Sendung und Mittheilung der Gaben des heiligen Geistes ein solches Werck sind/die von keiner Creatur können herrühren; sondern es wird durch dieselbige einzig und allein der grosse Gott verstanden / (probatio partim ex Antecedentibus petenda est, partim ex Loco parallelo, partim deniqúe ex Prædicato. Vide Analysin Grammatico-Homileticam) Es wird aber kurtz vorhero Gott mit dem Nahmen יְהוָה benennet/ welcher einzig und allein dem unsterblichen und allein weisen Gott im Himmel eigentlich zukömt/ und keiner Creatur / wenn er absolutè und in Casu recto gefunden wird / wie denen Gelehrten wohl bekand ist. Nun dieser HErr (applicatio sine probatione) verspricht alhier die Ausgiessung des heiligen Geistes. Es wird aber dieses Wort יהוה Jehova in heil. Schrifft (Thesis) auff unterschiedliche weise gebrauchet: Erstlichen οὐσιωδῶς seu essential. wesentlicher weise/ in welchen Verstande es allen dreyen Personen zugeeignet wird/ als Ps. 121, v. 8. Der HErr behüte

deinen Außgang und Eingang von nun an biß in Ewigkeit. Darnach προσωπικῶς seu personaliter, persönlicher weise / da es bald für die erste / bald für die andere / bald für die dritte Person in der Gottheit gebraucht wird; Alhier wird das Wort HErr persönlicher weise genommen / absonderlich für die andere Person dem Sohne Gottes in hochgelobter heiliger Drey-Einigkeit (Argumentum Amplificans ab Homonymia) probationem Analysis Grammatico-Homiletica Suppeditabit. Der selige und theure Mann Lutherus hat dieses Wort יהוה gar fein durch das deutsche Wort Herr übersetzet (welcher Nahme also bald ein neu argumentum amplif. an die Hand giebet / scil. à disparato seu dissimili) zwar auff dieser Welt giebt es auch grosse und gewaltige Herren (Thesis) da einer über ein Land / ja über etliche Länder herrschet und regieret; Als wie etwan von dem Alexandro M. erzehlet wird / (probatio) daß derselbige soll geherrschet haben über ein gutes Theil der Welt: Aber dieser ist nicht etwan ein Herrscher über ein oder zwey Länder (Applicatio) sondern über den gantzen Erdboden / ja über Himmel und Erde / dessen der Himmel sein Stul ist / und die Erde seine Fuß-Banck / beym Esa. 66. v. 1. Sit (2) amplificanda Circumstantia Actus, ubi vocabulum יָשַׁב effudit in Textu Originali mihi suppeditat amplificans ab Homonymia h. m: Das Wort יָשַׁב, so in der heiligen Sprache gelesen wird / hat in der

heili-

heiligen Schrifft unterschiedliche Bedeutung/ und zwar erstlich wird es eigentlich gebraucht von einer fliessenden Materie/ sie mag seyn Wasser oder Blut / welche gantz reichlich und überflüssig vergossen wird / (probatio) wie es etwan also auff solchen Schlag gelesen wird / Ps. 22, 15. da unser liebster Heyland sagt / Er sey ausgeschüttet / wie Wasser / oder wie es von einer Bluts-Vergiessung gelesen wird / Gen. 9, v. 6. Darnach wird dieses Wort שָׁפַךְ auch genommen gleichnißweise / da es entweder denen Creaturen zugeleget wird / und bald eine geistliche Bewegung bedeutet / als 1. Sam. 1, 15. bald aber auch eine geistliche und leibliche zugleich/ als Ps. 73. 2. oder auch endlich von Gott gelesen wird / da es ins gemein eine reichliche Mittheilung bedeutet. In diesem letzten Verstande braucht es auch alhier der Prophet Joël / da es so viel heist als eine reichliche Mittheilung und Austheilung der Gaben des heiligen Geistes / daß nemlich die Gaben des heiligen Geistes nicht getröpflet sollen werden / als wie im Alten Testament ; sondern reichlich und überflüssig sollen ausgetheilet werden. Vel: Hoc amplificans statim in aliam formam argumenti scilicet amplificantis ab *Emphasi vocis* transmutari potest hoc modo: In der heiligen Sprache stehet das Wort שָׁפַךְ, welches ein reichliches und überflüssiges Mittheilen bedeutet/ (Thes.) wie es etwan auff solche weise gebraucht

wird von einer reichlichen Ausgiessung des Wassers/oder Bluts-Vergiessung (prob.) als Ps. 22,15. Levit. 17,4. und eine solche (Applicatio) reichliche und überschwengliche Mittheilung der Gaben des heiligen Geistes verstehet auch alhier der Sohn Gottes/ wenn er dieselbige durch den Propheten Joël verspricht. Eodem modo quoque procedendum est cum reliquis circumstantiis Explicantibus. Sic si velles amplificare vocem Geist/ tunc vox Hebræa רוּחַ Spiritus, si Analysin Grammatico-Homileticam applicaveris, statim tibi suppeditabit Argumentum amplificans ab Homonymia. Plura quidem addere possem, nisi vererer, ne manum in alienam messem mitterem. Proindè ea, quæ ad Rhetoricam Sacram spectant, aliò rejiciam.

ליהוה לבדו הכבוד׃

בּוֹ וְהוּא נַחַשׁ יְנַחֵשׁ בּוֹ אֲשֶׁר
הֲרֵעֹתֶם אֲשֶׁר עֲשִׂיתֶם׃ et po-
culum est, quod ἀπὸ κοινοῦ re Ubi
Ellipsis poculi est subaudien it Do-
minus meus (Idiotismum huj inve-
nies Can. XXIV.) *& ille* (sci st talis
vir. Adest enim Accentu qui
omninò Emphasin aliquam ectan-
do conjectabit, i.e. *certissimè* oc, *vel*
in hoc, scilicet quales vos esti euthe
seyd) annon omnino malefe ceritis
hoc (lege Can. 82, N. (c) & C Quam
expositionem neminem, qu indoli
hujus Linguæ, sed & Analogi nia est
consona, rejecturum esse con ἀφεια
contextus eam etiam confirm siculo
15. liquet, ubi eadem vox ש su re-
currit. Eundem ferè sensu versio
Junio-Tremelliana: *Nonn solet*
dominus bibere? Et nonne ip certò
didicerit per illum quales suis quod
fecistis illud.

b) Ut וַיִּחַר לְקַיִן מְאֹד Kain
valdè, subintellectò חָרוֹן ira טוֹב
ש שְׁפָתָיו וְהוּא בְסִיל׃ onus
pauper ambulans in Integri rver-
so labiis suis & ipse stultus, ic pau-
per incedens in sua simplicit licet
dives) qui perversus est labi IX, 1.
Coll.